Res p. Pj XVIII-287

# HEURES
## A L'USAGE
## DE L'ANCIENNE ET DÉVOTE
# CONFRAIRIE
## DE MESSIEURS
# LES PENITENS BLANCS
## DE LA VILLE DE GRENADE,
*SOUS L'INVOCATION*
### DU TRÉS-SAINT NOM DE JÉSUS,
*CONTENANT*

L'Office du Très-Saint Nom de JÉSUS, avec les Commémoraiſons propres du Saint qui concourra avec le jour qu'on eſt dans l'uſage de le réciter dans la Chapelle. De plus les Hymnes, Cantiques, Litanies, & autres Prieres que les Confreres chantent aux Bénédictions, aux Proceſſions ou aux Stations, en Communauté ou en particulier.

A TOULOUSE,
Chez la Veuve J. P. ROBERT, Imprimeur-Libraire, rue Sainte Urſule, à S. Thomas d'Aquin.

Ce livre appartient
à Caussat Pierre

*MANIERE de recevoir les Poſtulans dans la dévote Archiconfrairie de Meſſieurs les Pénitens Blancs de la Ville de Grenade.*

CEloi qui deſire y être reçu, doit ſe préſenter à M. le Syndic, afin qu'il le propoſe aux Confreres aſſemblés, qui accorderont au Poſtulant le délai de trois mois, afin qu'ils ayent le temps de s'informer ſuffiſamment de la vie & mœurs, ou amandement du Poſtulant, & qu'il l'ait, afin de ſe diſpoſer ou s'éprouver lui-même. A la fin deſquels le Syndic convoquera une Aſſemblée, pour délibérer ſi l'on doit recevoir ou non ledit Poſtulant, ſelon les informations faites pour ou contre lui. On ne recevra perſonne, dont les ayeux ou deſcendans ont été notés d'infamie par Sentence du Juge; ce qui déshonoreroit la Compagnie; mais bien ceux dont on éſpérera la gloire de Dieu, & l'utilité de la Compagnie, par quelqu'une de ces trois qualités, ſçavoir, que par ſa piété, par la fréquentation des Sacremens de la Pénitence & de l'Euchariſtie, & par ſon aſſiduité aux ſaints Exercices de ladite Compagnie, il pique les autres Confreres d'une ſainte émulation à ſervir Dieu, c'eſt ce dont on ſe contentera dans un Payſan qui ne ſçaura pas lire, ou par ſa voix & ſon goût pour le Chant, il aide à chanter les louanges du Seigneur avec agrément & méthode, c'eſt ce qui ſervira dans un Artiſan, Marchand, ou Bourgeois, de médiocre fortune, ou que par ſa fortune ou ſon crédit, il aide à l'embéliſſement de la Chapelle; ou à défendre ſes Titres, cela ſuffira dans une perſonne riche ou de condition, pourvu que ſes mœurs ſoient d'ailleurs conformes aux maximes du Chriſtianiſme. Si la Délibération eſt favorable au Poſtulant, le Syndic lui en donnera avis; auſſi-tôt le Poſtulant, par les Sacremens de Pénitence, & par la participation dans la Chapelle à la Sainte Euchariſtie en un jour de Fete, ou de dévotion, ſe diſpoſera à être

reçu Confrere. On obſervera de faire la Reception au jour que l'Aſpirant aura communié, ou à la Fête la plus prochaine. Le Prieur aura ſoin de dire à l'Aſpirant quels ſont les plus zélés parmi les Confreres, afin qu'il en prenne un pour Parrain, qui par ſon bon exemple, lui inſpire la pratique de la vertu, & l'amour de Dieu. Il ne doit pas permettre que le Poſtulant prenne pour Parrain aucun qui, par le mauvais exemple, l'éloignement des ſaints Exercices, ou l'indifférence pour les intérêts de la Compagnie, peut le porter au relâchement. L'Aſpirant ayant fait le choix du Parrain, le priera de vouloir l'inſtruire des devoirs des Confreres. Tous arrangemens pris, le Parrain conduira dans la Tribune l'Aſpirant au pié de la Croix, devant laquelle on mettra les Statuts, deux Confreres portant chacun un flambeau allumé, & le Chapellain, aſſiſté de la Compagnie, étant tous à genoux, auſſi-bien que le Poſtulant, on fera la reception dans l'ordre ſuivant.

*Lorſqu'on recevra un Poſtulant, un Confrere portera dans la Tribune le ſac, le cordon & le chapelet, pour être béni par un Prêtre, de la maniere ſuivante.*

BENEDICTION.

Bene†dic, Domine, hanc veſtem cum cingulo & roſario, in nomine Pa†tris, & Fi†lii, & Spiritus† Sancti. Amen,

*Enſuite le Prêtre y jettera de l'eau-bénîte en forme de Croix ; après quoi on dira le Pſeaume 50, qui eſt le ſuivant, qu'on pſalmodiera.*

*Pſeaume.* 50.

MIſerere mei Deus : * ſecundùm magnam miſericordiam tuam.

Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum : * dele iniquitatem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitate mea : * & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco : * & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: * ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum judicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: * & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexiſti: * incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtâſti mihi.

Asperges me hyſſopo, & mundabor: * lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: * & exultabunt oſſa humiliata.

Averte faciem tuam à peccatis meis: * & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: * & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.

Ne projicias me à facie tua: * & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: * & ſpiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: * & impii ad te convertentur.

Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: * & exultabit lingua mea juſtitiam tuam.

Domine labia mea aperies: * & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem utique: * holocauſtis non delectaberis.

Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: * cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: * ut ædificentur muri Jeruſalem.

Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta, * tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Nota. *Si c'eſt une Poſtulante, on dira au feminin ce qui eſt marqué au maſculin, & s'il y en a pluſieurs, on dira au plurier ce qui eſt marqué au ſingulier.*

*Le Prêtre, ou le Chapelain, dira* :

℣. Kyrie eleiſon. ℟. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

*Le Prêtre dira*, Pater noſter, &c. *à voix baſſe.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

℟. Et ſalutare tuum da nobis

℣. Salvum fac ſervum tuum Domine.

℟. Deus meus ſperantem in te.

℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici.

℣. Mitte ei Domine auxilium de ſancto.

℟. Et de Sion tuere eum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟ Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

Dilectiſſimi fratres, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum pro hoc famulo ſuo, qui ad deponendam ſæculi vanitatem pro ejus amore feſtinat, ut donet ei Spiritum ſanctum, qui in obſervantia mandatorum Dei, & Capitulorum noſtrorum ei continuò deſiderium accendat : & à mundi impedimentis, vel vano deſiderio cor ejus cuſtodiat ut ſicut propoſuit fraternitatis hujus ſtatuta ſervare, ita manus dexteræ ſuæ in eo virtutem boni operis perfectione confirmet, & ab omni cœcitate cor ejus aperiat, ac lumen æternitatis, ſuæ gratiæ dona concedat, qui vivit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Le Chapelain dira au Poſtulant.*

D. Mon Frere, que demandez-vous ?

*Le Poſtulant lui répondra.*

R. La Miſéricorde de Dieu, & la Paix de cette Compagnie.

*Le Chapelain lui dira en préſence de toute la Compagnie.*

Nous vous exhortons donc à garder fidelement les Commandemens de Dieu & de l'Egliſe, les Statuts de notre Confrairie, & le ſecret, par rapport à ce qui aura

été arrêté par nos Délibérations ; à être aſſidu aux Offices, Aſſemblées & Proceſſions que nous ſommes dans l'uſage de faire ; à être obéiſſant fidelement aux ordres qui vous ſeront intimés ; à être humble ; à ne vous trouver jamais aux Cabarets, hors le cas de voyage, aux Jeux, aux Danſes, ni aux Spectacles ; à ne pas faire tort à votre prochain dans ſa réputation, en ſon honneur, ni dans ſa fortune, & par ce moyen vous participerez aux Prieres qui ſe font dans cette ſainte Chapelle, & Dieu vous comblera de mille Bénédictions.

*Le Chapelain dira.*

℣. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

OREMUS.

FRatres chariſſimi, ut quod frater iſte ne quæſivit, opere feliciter acquirat auxiliante Domino noſtro Jeſu-Chriſto. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto vivit & regnat, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

OREMUS.

ADeſto Domine ſupplicationibus noſtris, & hunc famulum tuum benedicere dignare, cui in tuo ſancto nomine veſtem ſanctæ puritatis imponimus, ut te largiente vitam mereatur accipere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Le Prêtre & le Parrain choiſi par l'Aſpirant, donneront l'habit, en diſant :*

Induat te Dominus, novum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt.

*Les Confreres répondront.*

In juſtitia & ſanctitate veritatis.

*L'Aſpirant, revêtu du Sac, étant proſterné au pié de la Croix, le Prêtre dit en chantant.*

*Hymne.*

VEni, Creator ſpiritus,
Mentes tuorum viſita:
Imple ſuperna gratia,
Quæ tu creaſti pectora.
Qui paraclitus diceris,
Donum Dei altiſſimi.
Fons vivus ignis charitas;
Et ſpiritalis unctio.
Tu ſeptiformis munere;
Dextræ Dei tu digitus,

Tu ritè promiſſum Patris :
Sermone ditans guttura.
Accende lumen ſenſibus ,
Infunde amorem cordibus:
Infirma noſtri corporis ,
Virtute firmans perpetim.
Hoſtem repellas longius,
Pacemque dones protinus,
Doctore ſic te prævio ,
Vitemus omne noxium.
Per te ſciamus da Patrem,
Noſcamus atque Filium,
Te utriuſque Spiritum
Credamus omni tempore,
Gloria Patri Domino,
Natoque qui à mortuis ,
Surrexit ac paraclito ,
In ſæculorum ſæcula.
Amen.

℣. Emitte Spiritum tuum & creabuntur.

℟. Et renovabis faciem terræ.

OREMUS.

DEus , qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti : da nobis in eodem Spiritu recta ſapere , & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*L'Aſpirant , revêtu de ſon Sac , étant conduit par le Parrain , donne la Paix à chaque Confrere , en lui diſant :* Pax tibi , frater . *& celui qui la reçoit , répond :* Et cum ſpiritu tuo.

*Cependant l'Aſſemblée chante l Hymne qui ſuit , qui eſt de Saint Ambroiſe & de Saint Auguſtin.*

TE Deum laudamus : * te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem : * omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli : * tibi cœli & univerſæ poteſtates.
Tibi Cherubim & Seraphim : * inceſſabili voce proclamant.
Sanctus , Sanctus : * Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt cœli , & terra ; * majeſtatis gloriæ tuæ.
Te glorioſus ; * Apoſtolorum chorus.
Te Prophetarum : * laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus ; * laudat exercitus.
Te per orbem terrarum : * ſancta confitetur Eccleſia.
Patrem : * immenſæ majeſtatis.
Venerandum tuum verum : * & unicum filium.
Sanctum quoque : * paraclitum ſpiritum.
Tu Rex : * gloriæ Chriſte.

Tu Patris : * ſempiternus es Filius.
Tu ad liberandum ſuſcepturus hominem : * non horruiſti Virginis uterum.
Tu devicto mortis aculeo : * aperuiſti credentibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei ſedes : * in gloria Patris.
Judex crederis . * eſſe venturus.

*On doit ſe mettre à genoux lorſqu'on chante le Verſet ſuivant.*

Te ergo quæſumus , famulis tuis ſubveni : * quos pretioſo ſanguine redemiſti.
Æterna fac cum ſanctis tuis . * in gloria numerari.
Salvum fac populum tuum Domine : * & benedic hæreditati tuæ.
Et rege eos : * & extolle illos uſque in æternum.
Per ſingulos dies * benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in ſæculum : * & in ſæculum ſæculi.
Dignare Domine die iſto : * ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri Domine : * miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua , Domine ſuper nos : * quemadmodum ſperavimus in te.
In te Domine ſperavi * non confundar in æternum.

℣. Sit nomen Domini Noſtri Jeſu-Chriſti benedictum.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.
℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam poſſediſti ab initio.
℣. Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu.
℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

OREMUS.

DEus qui glorioſiſſimum Nomen Jeſu-Chriſti , Filii tui Domini noſtri feciſti fidelibus tuis ſummo ſuavitatis affectu amabile , & malignis ſpiritibus tremendum atque terribile , concede propitius , ut omnes qui hoc nomen Jeſu devote venerantur in terris , ſanctæ conſolationis dulcedinem in præſenti percipiant , & in futuro gaudium exultationis , & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis.

DA nobis quæſumus Domine, perſeverantem in tua voluntate famulatum : ut merito & numero populus tibi ſerviens augeatur.

DEus cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus, piiſſimæ majeſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus tuam ſemper clementiam exorantes, ut qui petentibus poſtulata concedis eoſdem non deſerens ad præmia futura diſponas. Per Dominum noſtrum, &c. ℟. Amen.

*Enſuite on met ſur le Regiſtre le nom & ſurnom du nouveau Confrere, de ſon Pais, & de ſa Profeſſion, dans la forme ſuivante.*

L'AN & le du mois de dans la Tribune de notre dévote Chapelle ; étant Prieur M. N, habitant de Prêtre, ou Avocat, Bourgeois, ou Marchand, & Sous-Prieur N. a été reçu par MM. N. Prêtre ou Chapelain, N. habitant de N. Marchand ou Bourgeois, ou Artiſan, fils à N. autre Confrere, qui ayant N pour Parrain, a ſigné de ce requis, N.

Si le nouveau reçu ne ſçait écrire, il ſuffit que le Regiſtre ſoit chargé de la reception, ſignée de Meſſieurs les Prieur, Sous-Prieur, Syndic & Chapelain. C'eſt l'ordre qu'on obſervera dans les receptions.

Cependant ces informations n'auront pas lieu à l'égard des malades en danger d'une mort prochaine, ni des Prêtres qui demanderont d'être reçus ; ce qui ſera de même pour les Grands, la probité des mœurs étant d'ailleurs reconnue de tout le monde, ainſi ſans obſerver les formalités ci-deſſus, il ſuffira alors que le Syndic propoſe le Sujet aux Prieur, Sous-Prieur, ou à l'un d'eux, à l'abſence de l'autre ; & au premier & ſecond Maître de Chapelle, aſſiſtés toujours d'un Prêtre Confrere. Si le Sujet eſt agréé, ils procéderont à ſa reception ; & pour cela il ſuffira qu'on lui préſente le Regiſtre pour s'y inſcrire.

# PRIERES
## POUR LA BÉNÉDICTION
## DE LA CIRCONCISION,
## AUX PREMIERES VEPRES.

*PSEAUMES, HYMNES ET LITANIES que les Choriſtes chanteront après Complies, en attendant que le Prêtre officiant ſe diſpoſe à donner la Bénédiction; avec les Verſets & Oraiſons pour toutes les Bénédictions de l'année.*

### POUR L'OCTAVE DE LA CIRCONCISION,
à commencer aux premieres Vêpres.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes chanteront l'Hymne du Saint Sacrement.*

PANGE lingua glorioſi
Corporis myſterium:
Sanguiniſque prætioſi,
Quem in mundi prætium
Fructus ventris generoſi,
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus,
Ex intacta Virgine,
Et in mundo converſatus,
Sparſo verbi ſemine,
Sui moras incolatus
Miro clauſit ordine.

In ſupremæ nocte cœnæ
Recumbens cum fratribus,

Obſervata lege plenè
Cibis in legalibus,
Cibum turbæ duodenæ
Se dat ſuis manibus.
Verbum caro, panem verum,
Verbo carnem efficit:
Fitque ſanguis Chriſti, merum,
Et ſi ſenſus deficit:
Ad firmandum cor ſincerum,
Sola fides ſufficit.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Præſtet fides ſupplementum
Seſuum defectui.
Genitori, genitoque
Laus, & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar ſit laudatio.
Amen.

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

℣. Sit nomen Domini Noſtri Jeſu-Chriſti benedictum.

℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

℣. Verbum caro factum eſt, alleluya.

℟. Et habitavit in nobis, alleluya.

OREMUS.

DEus qui nobis ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti: tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus.

DEus qui glorioſiſſimum nomen Jeſu-Chriſti Filii tui Domini noſtri feciſti fidelibus tuis ſummo ſuavitatis affectu amabile, & malignis ſpiritibus tremendum atque terribile: concede propitius, ut omnes qui hoc nomen Jeſu devote venerantur in terris, ſanctæ conſolationis dulcedinem in præſenti percipiant, & in futuro gaudium exultationis, & interminabilis beatitudinis, obtineant in cœlis.

DEus qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus,

per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritu ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Après la Bénédiction, on dira la Salutation Angelique.*

Angelus Domini nuntiavit Mariæ & concepit de Spiritu ſancto. Ave, Maria, &c.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Ave, Maria, &c.

*On fera la génuflexion, en diſant :*

Et verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis. Ave, Maria, &c.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS.

GRatiam tuam quæſumus Domine mentibus noſtris infunde ut qui Angelo nunciante, Chriſti filii tui incarnationem cognovimus, per Paſſionem ejus & Crucem ad reſurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*On dira la Salutation Angelique à la fin de toutes les Bénédictions.*

*Il faut obſerver, pour éviter les répétitions, qu'à toutes les Bénédictions du ſoir, on dira les deux premiers Verſets & Répons, avec les deux premieres Oraiſons qu'on a dites avant la Bénédiction de ce ſoir, il n'y aura que le troiſieme Verſet, Répons & Oraiſons qui changeront, ſelon le temps ou la Fête.*

---

## POUR LE JOUR DE LA CIRCONCISION.

A la Bénédiction du matin.

*On chantera, immédiatement après la Meſſe, le Salut au Saint Sacrement.*

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ cœli pandis oſtium,
Bella premunt hoſtilia,
Da robur fer auxilium.

Uni trinoque Domino
Sit ſempiterna gloria :
Qui vitam ſine termino,
Nobis donet in patria.
Amen.

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

OREMUS.

DEus qui nobis ſub Sacramento mirabili, &c. *page 12.*

*On obſervera de ne dire à toutes les Bénédictions du matin, qu'un Verſet, Répons, & qu'une Oraiſon, les mêmes qui ſont marqués à la Bénédiction de ce matin.*

## A LA BENEDICTION DU SOIR.

*Immédiatement aprés Complies, deux Choriſtes entoneront, ſur l'air des Pſeaumes, les Litanies du Saint Nom de Jeſus.*

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Jeſu audi nos. Jeſu exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, miſerere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, miſerere nobis.

Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, miſerere nobis.

Jeſu fili Dei vivi,
Jeſu ſplendor Patris,
Jeſu candor lucis æternæ,
Jeſu Rex gloriæ,
Jeſu ſol juſtitiæ,
Jeſu fili Mariæ Virginis, — Miſerere nobis.

Jeſu amabilis,
Jeſu admirabilis,
Jeſu Deus fortis,
Jeſu Pater futuri ſæculi,
Jeſu magni conſilii Angele, — Miſ. nobis.

Jeſu potentiſſime,
Jeſu patientiſſime,
Jeſu obedientiſſime,
Jeſu mitis & humilis corde,
Jeſu amator caſtitatis,
Jeſu amator noſter,
Jeſu Deus pacis,
Jeſu auctor vitæ,
Jeſu exemplar virtutum,
Jeſu zelator animarum, — Miſerere nobis.

Jeſu Deus noſter,
Jeſu refugium noſtrum,
Jeſu Pater pauperum,
Jeſu theſaurus fidelium,
Jeſu bone Paſtor,
Jeſu lux vera,
Jeſu ſapientia æterna,
Jeſu bonitas infinita,
Jeſu via & vita noſtra,
Jeſu gaudium Angelorum, — Miſerere nobis.

Jeſu magiſter Apoſtolorum,

Jeſu doctor Evangeliſtarum,
Jeſu fortitudo Martyrum,
Jeſu lumen Confeſſorum,
Jeſu puritas Virginum,
Jeſu ſpes Pœnitentium ſub ſanctiſſimi nominis tui invocatione,
Miſerere nobis.
Jeſu corona ſanctorum omnium,
Propitius eſto, Parce nobis Jeſu.
Propitius eſto, exaudi nos Jeſu.
Ab omni peccato, Libera nos Jeſu.
Ab ira tua, libera nos Jeſu.
Ab inſidiis diaboli,
A ſpiritu fornicationis,
A morte perpetua,
A neglectu inſpirationum tuarum,
Per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ,
Per nativitatem tuam,
Libera nos Jeſu.
Per infantiam tuam,
Per diviniſſimam vitam tuam,
Per labores tuos,
Per agoniam & paſſionem tuam,
Per crucem & derelictionem tuam,
Per langores tuos,
Per mortem & ſepulturam tuam,
Libera nos Jeſu.
Per reſurrectionem tuã,
Per aſcenſionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Jeſu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Jeſu.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis Jeſu.
Jeſu audi nos.
Jeſu exaudi nos.

Tantum ergo, &c. *comme aux premieres Vêpres, page* 12.

*Pour le ſecond jour de l'Octave, au ſoir.*

La Bénédiction pour l'Egliſe.

*Immédiatement aprés Complies, deux Choriſtes entonneront, ſur l'air des Pſaumes, les Litanies de la Vierge.*

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas unus Deus, miſerere nobis.

Sancta Maria,
Sancta Dei genitrix,
Sancta Virgo Virginum,
Mater Chriſti,
Mater divinæ gratiæ,
Mater puriſſima,
Mater caſtiſſima,
Mater inviolata,
Mater intemerata,
Mater amabilis,
Mater admirabilis,
Mater Creatoris,
Mater Salvatoris,
Virgo prudentiſſima,
Virgo veneranda,
Virgo prædicanda,
Virgo potens,
Virgo clemens,
Virgo fidelis.
Speculum juſtitiæ,
Sedes ſapientiæ,
Cauſa noſtræ lætitiæ,
Vas ſpirituale,
Vas honorabile,
Vas inſigne devotionis,
Roſa myſtica,
Turris Davidica,
Turris eburnea,
Domus aurea,
Fœderis arca,
Janua cœli,
Stella matutina,
Salus infirmorum,
Refugium peccatorum,
Refugium Fratrum Pœnitentium ſub ſacratiſſimi Jeſu nominis invocatione,
Conſolatrix afflictorum,
Auxilium Chriſtianorum.
Regina Angelorum,
Regina Patriarcharum,
Regina Prophetarum,
Regina Apoſtolorum,
Regina Martyrum,
Regina Confeſſorum,
Regina Virginum,
Regina Sanctorum omnium,

Ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſ. nobis.

Tantum ergo, &c. page 12.

*On dira pour troiſieme Verſet, Répons & Oraiſons, ce qui ſuit.*

*Troiſieme* ℣. Ut Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſervare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

*Troiſieme Oraiſon.*

Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine, preces placatus admitte: ut deſtructis adverſitatibus & erroribus univerſis,

univerſis, ſecurâ tibi ſerviat libertate. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pour le troiſieme jour de l'Octave, au ſoir.*

La Bénédiction pour le Pape.

*Immédiatement après Complies, on chantera le Pſeaume ſuivant.*

*Pſeaume 53.*

DEus in nomine tuo ſalvum me fac: * & in virtute tua judica me.

Deus exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni inſurrexerunt adverſum me, & fortes quæſierunt animam meam: * & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus adjuvat me: * & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Averte mala inimicis meis: * & in veritate tua diſperde illos.

Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: * quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: * & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

Gloria Patri & Filio, &c.

Tantum ergo, &c. *page 12.*

*Les deux premiers ℣. ℟. & deux premieres Oraiſons,* *page 12.*

*Troiſieme Verſet.* ℣. Ut famulum tuum Pontificem noſtrum N. dirigere & conſervare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

*Troiſieme Oraiſon.*

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat & tota virtute perficiat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

### *Pour le quatrieme jour de l'Octave, au ſoir.*

### La Bénédiction pour M. l'Archevêque.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes chanteront le Pſeaume 8.*

DOmine Dominus noſter : * quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra !

Quoniam elevata eſt magnificentia tua : * ſuper cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos : * ut deſtruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum : * lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti

Quid eſt homo, quod memor es ejus ? * aut filius hominis, quoniam viſitas eum.

Minuiſti eum paulominùs ab Angelo, gloria, & honore coronaſti eum : * & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus : * oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi.

Volucres cœli & piſces maris : * qui perambulant ſemitas maris.

Domine Dominus noſter : * qam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra !

Gloria Patri, & Filio, &c.

Tantum ergo, &c. *page* 12, *les deux* ℣. ℟ *& Oraiſons premieres, idem.*

*Troiſieme* ℣. Ut famulum tuum Antiſtitem noſtrum N. dirigere & conſervare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

*Troiſieme Oraiſon.*

DEus omnium fidelium Paſtor & Rector, famulum tuum N. quem Paſtorem Eccleſiæ Toloſanæ præeſſe voluiſti, propitius reſpice ; da ei quæſumus verbo, exemplo quibus præeſt proficere, ut ad vitam una cum grege ſibi credito perveniat ſempiternam. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pour le cinquieme jour de l'Octave, au ſoir.*

La Bénédiction pour le Roi.

*Pſeaume 19.*

EXaudiat te Dominus in die tribulationis :* protegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxilium de ſancto * & de Sion tueatur te.

Memor ſit omnis ſacrificii tui : * & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tribuat tibi ſecundùm cor tuum. * & omne conſilium tuum confirmet.

Lætabimur in ſalutari tuo ; * & in nomine Dei noſtri magnificabimur.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas, * nunc cognovi quoniam ſalvum fecit Dominus Chriſtum ſuum.

Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo : * in potentatibus ſalus dexteræ ejus.

Hi in curribus, & hi in equis : * nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.

Ipſi obligati ſunt & ceciderunt : * nos autem ſurreximus, & erecti ſumus.

Domine ſalvum fac Regem : * & exaudi nos in die qua invocaverimus te.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Tantum ergo, &c. *page 12, les deux premiers Verſets, Répons & Oraiſons, idem.*

*Troiſieme* ℣. Domine ſalvum fac Regem noſtrum Ludovicum.

℟. Et exaudi nos in die qua invocaverimus te.

*Troiſieme Oraiſon.*

QUæſumus omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noſter, qui tua miſeratione ſuſcepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus & vitiorum monſtra devitare, & ad te, qui via, veritas & vita es, gratioſus valeat pervenire. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟ Amen.

*Pour le jour des Rois, au ſoir,*

A la Bénédiction.

*Pſeaume 71.*

DEus judicium tuum regi da : * & juſtitiam tuam filio regis.

Judicare populum tuum in juſtitia : * & pauperes tuos in judicio.

Suſcipiant montem pacem populo : * & colles juſtitiam.

Judicabit pauperes populi, & ſalvos faciet filios pauperum, * & humiliavit calumniatorem.

Et permanebit cum ſole, & ante lunam, * in generatione & generationem.

Deſcendet ſicut pluvia in vellus, * & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis:* donec auferatur luna.

Et dominabitur à mari uſque ad mare : * & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthiopes : * inimici ejus terram lingent.

Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent : * Reges Arabum, & Saba, dona adducent.

Et adorabunt eum omnes Reges terræ, * omnes gentes ſervient ei.

Quia liberabit pauperem à potente : * & pauperem, cui non erat adjutor.

Parcet pauperi & inopi : * & animas pauperum ſalvas faciet.

Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum : * & honorabile nomen eorum coram illo.

Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, * & adorabunt de ipſo ſemper, tota die benedicent ei.

Et erat firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus : * & florebunt de civitate ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſæcula : * ante ſolem permanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Iſrael : * qui facit mirabilia ſolus.

Et benedictum nomen majeſtatis ejus in æternum, & replebitur majeſtatis ejus omnis terra : * fiat, fiat.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Tantum ergo, &c. *page* 12, *les deux premiers* ℣. ℟. *& Oraiſons, idem.*

*Troiſieme Verſet.* ℣. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent.

℟. Reges Arabum & Saba dona adducent.

*Troiſieme Oraiſon.*

DEus qui hodiernâ die unigenitum tuum gentibus ſtella duce revelaſti : concede propitius, ut qui jam te ex fide cognovimus, uſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur. Per eumdem Dominum noſtrum, &c. ℟ Amen.

## *Pour le ſeptieme jour de l'Octave.*

### La Bénédiction pour les Malades.

*Après Complies, deux Choriſtes chanteront l'Hymne qui ſuit.*

Pange lingua glorioſi, &c. *page* 12.

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page* 12. *les deux premiers* ℣. ℟. *& Oraiſons, idem.*

*Troiſieme* ℣ Salvos fac ſervos tuos & ancillas tuas.

℟. Deus meus ſperantes in te.

*Troiſieme Oraiſon.*

OMnipotens ſempiterne Deus, ſalus æterna credentium, exaudi nos pro famulis tuis infirmis, pro quibus miſericordiæ tuæ imploramus auxilium, ut reddita ſibi ſanitate gratiarum tibi, in Eccleſia tua referant actiones. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pour le dernier jour de l'Octave , au ſoir.*

La Bénédiction pour la Compagnie.

*Après Complies , deux Choriſtes chanteront les Litanies du très-ſaint Nom de Jéſus , page* 14.

Tantum ergo , &c. *page* 12 , *les deux premiers* ℣. ℟. *& Oraiſons , idem.*

*Troiſieme* ℣. Memento Domine Congregationis tuæ.

℟. Quam poſſediſti ab initio.

*Troiſieme Oraiſon.*

DEfende quæſumus Domine , Beata Maria ſemper Virgine intercedente , iſtam ab omni adverſitate familiam : & toto corde tibi proſtratam ab hoſtium propitius tuere clementer inſidiis. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Immédiatement après la Bénédiction , en action de graces , deux Choriſtes chanteront.*

Te Deum laudamus : * te Dominum , &c. *page* 8.

*Après lequel deux Choriſtes chanteront :*

Benedicamus Patrem , & Filium, cum ſancto Spiritu.

*Le Chœur.* ℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, cujus miſericordiæ non eſt numerus , & bonitatis infinitus eſt theſaurus , piiſſimæ majeſtati tuæ pro collatis donis gratias agimus , tuam ſemper clementiam exorantes : ut qui petentibus poſtulata concedis , eoſdem non deſerens ad præmia futura diſponas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

Angelus Domini nuntiavit Mariæ , &c. *page* 13.

*Pour la Fête du très-ſaint Nom de Jéſus , qui eſt le Dimanche après l'Octave de l'Épiphanie.*

A la Bénédiction.

*Immédiatement après Complies , deux Choriſtes entonneront les Litanies du très-ſaint Nom de Jéſus , pag.* 14.

Tantum ergo Sacramentum , &c. *page* 12.

℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

℣. Sit nomen Domini noſtri Jeſu-Chriſti benedictum.

℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMUS.

DEus qui nobis ſub Sacramento mirabili, &c. *page* 12.

DEus qui unigenitum Filium tuum conſtituiſti humani generis ſalvatorem, & Jeſum vocari juſſiſti, concede propitiùs, ut cujus ſanctum Nomen veneramur in terris, ejus quoque aſpectu perfruamur in cœlis.

DEus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtituiſti, tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat, in unitate Spiritu Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*A la Bénédiction du Mardi-Gras.*

Pour la rémiſſion des Péchés.

*Immédiatement après la Proceſſion, deux Choriſtes entonneront :*

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page* 12.

*Enſuite on chantera, ſi l'on veut :*

Peccantem me quotidiè & non me pœnitentem, timore mortis conturbat : * quia in inferno nulla eſt redemptio, miſerere mei, Deus, & ſalva me.

Deus in nomine tuo ſalvum me fac : * & in virtute tua libera me. Quia in inferno, &c.

℣. Panem de cœlo præſtituiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

℣. Sit nomen Domini noſtri Jeſu-Chriſti benedictum.

℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis.

℟. Neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis.

OREMUS.

DEus qui nobis ſub Sacramento, &c. *page* 12.

DEus qui glorioſiſſimum nomen, &c. *idem.*

DEus qui culpâ offenderis, pœnitentia placaris; preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur averte. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pour le premier Mardi du Carême*,

A la Bénédiction.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes entonneront l'Hymne qui ſuit:*

AUdi benigne conditor,
Noſtras preces cum fletibus
In hoc ſacro jejunio,
Fuſas quadrageſimo.

Jeſu peccatorum refugium, & pœnitentium protector, propter Crucem, & paſſionem tuam, libera nos Deus noſter.

Scrutator alme cordium,
Infirma tu ſcis virium:
Ad te reverſis exhibe
Remiſſionis gratiam.

Jeſu peccatorum, &c.

Multum quidem peccavimus
Sed parce confitentibus:
Ad laudem tui nominis
Confer medelam languidis.

Jeſu peccatorum, &c.

Sic corpus extra conteri,
Dona, per abſtinentiam,
Jejunet ut mens ſobria,
A labe prorſus criminum.

Jeſu peccatorum, &c.

Præſta beata Trinitas:
Concede ſimplex unitas,
Ut fructuoſa ſint tuis
Jejuniorum munera.
Amen.

Jeſu peccatorum, &c.

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page* 12, *les deux premiers* ℣. ℟. *& Oraiſons, idem.*

*Troiſieme* ℣. Dignare me laudare te Virgo ſacrata.

℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

*Troiſieme Oraiſon.*

COncede, miſericors Deus, fragilitati noſtræ præſidium, ut qui ſanctæ Dei Genitricis memoriam agimus, interceſſionis ejus auxilio, à noſtris iniquitati-

bus reſurgamus. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pour le ſecond Mardi du Carême.*

La Bénédiction pour l'Egliſe.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes entonneront l'Hymne qui ſuit.*

1. IN Paſſione Domini,
Qua ſalus datur homini,
Sit noſtrum refrigerium,
Et cordis deſiderium.
Jeſu peccatorum, &c.

2. Portemus in memoria,
Pœnas, atque opprobria,
Chriſti coronam ſpineam,
Crucem, clavos, & lanceam.
Jeſu peccatorum, &c.

3. Et plagas ſacratiſſimas,
Omni laude digniſſimas,
Acetum, fel, arundinem,
Mortis amaritudinem.
Jeſu peccatorum, &c.

4. Hæc omnia nos ſatient,
Et dulciter inebrient,
Nos repleant virtutibus,
Et glorioſis fructibus.
Jeſu peccatorum, &c.

5. Te crucifixum colimus,
Te toto corde poſcimus,
Ut nos ſanctorum cœtibus,
Conjungas in cœleſtibus.
Jeſu peccatorum, &c.

6. Qui manè coram judice,
Reus à multitudine,
Multorum factus criminum,
Fuiſti, judex omnium.
Jeſu peccatorum, &c.

7. Te petimus attentius,
Et ſis nobis propitius,
Et per tuam clementiam,
Perducas nos in gloriam.
Jeſu peccatorum, &c.

8. Tu qui cæſus verberibus,
Fuiſti à crudelibus,
Gerens coronam ſpineam,
Et clamydem coccineam.
Jeſu peccatorum, &c.

9. Fac nos ſicte diligere,
Sanctamque vitam ducere,
Ut mereamur requie,
Frui cœleſtis patriæ.
Jeſu peccatorum, &c.

10. Crucem pro nobis ſubiit,
Et ſtans in illa ſitiit,
Jeſus, ſacratus manibus,
Foſſis, clavis, & pedibus.
Jeſu peccatorum, &c.

11. Honor, & benedictio,
Sit crucifixo Filio,
Qui nos ſuo ſupplicio
Redemit ab exilio.

Jeſu peccatorum, &c.

12. Beata Chriſti paſſio,
Sit noſtra liberatio,
Ut per haec nobis gaudia,
Parata ſint cœleſtia.

Jeſu peccatorum, &c.

13. Gloria Chriſto Domino,
Qui pendens in patibulo,
Clamans emiſit Spiritum,
Mundumque ſalvat perditum.

Jeſu peccatorum, &c.

14. Qui jacuiſti mortuus,
In petra Rex innocuus,
Fac nos in te quieſcere,
Vitamque ſanctam ducere.

Jeſu peccatorum, &c.

15. Succurre nobis Domine,
Quos redemiſti ſanguine,
Et duc nos ad ſuavia
Æternæ lucis gaudia.
Amen.

Jeſu peccatorum, &c.

Tantum ergo, &c. *page* 12, *les deux premiers* ℣. ℟. *& Oraiſons, idem.*

*Troiſieme* ℣. Ut Eccleſiam tuam ſanctam regere & conſervare digneris. ℟. Te rogamus audi nos.

*Troiſieme Oraiſon.*

Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine, preces placatus admitte: ut deſtructis adverſitatibus, & erroribus univerſis ſecura tibi ſerviat libertate. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

*Pour le troiſieme Mardi du Carême.*

A la Bénédiction, pour le Roi.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes entonneront l'Hymne qui ſuit.*

1. Stabat mater doloroſa,
Juxta crucem lachrymoſa,
Dum pendebat Filius.

Jeſu peccatorum, &c.

2. Cujus animam gementem,
Contriſtantem & dolentem,
Pertranſivit gladius.

Jeſu peccatorum, &c.

3. O quam triſtis, & afflicta,
Fuit illa benedicta,
Mater unigeniti.

Jeſu peccatorum, &c.

4. Quæ mœrebat, & dolebat,
Et tremebat cum videbat,
Nati pœnas inclyti.

Jeſu peccatorum, &c.

5. Quis eſt homo qui non fleret,
Chriſti matrem ſi videret,
In tanto ſupplicio. Jeſu, &c.

6. Quis poſſet non contriſtari?
Piam matrem contemplari
Dolentem cum Filio.
Jeſu peccatorum, &c.
7 Pro peccatis ſuæ gentis,
Vidit Jeſum in tormentis,
Et flagellis ſubditum.
Jeſu peccatorum, &c.
8. Vidit ſuum dulcem natum,
Morientem deſolatum,
Dum emiſit ſpiritum.
Jeſu peccatorum, &c.
9. Eia mater fons amoris,
Me ſentire vim doloris,
Fac ut tecum lugeam.
Jeſu peccatorum, &c.
10. Fac ut ardeat cor meum.
In amando Chriſtum Deũ,
Ut ſibi complaceam.
Jeſu peccatorum, &c.
11. Sancta mater iſtud agas,
Crucifixi fige plagas,
Cordi meo validè.
Jeſu peccatorum, &c.
12. Tui nati vulnerati,
Jam dignati pro me pati,
Pœnas mecum divide.
Jeſu peccatorum, &c.
13. Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ego vixero.
Jeſu peccatorum, &c.
14. Juxta Crucem tecum ſtare,
Te libenter ſociare,
In planctu deſidero.
Jeſu peccatorum, &c.
15. Virgo Virginum præclara,
Mihi jam non ſis amara,
Fac me tecum plangere.
Jeſu peccatorum, &c.
16. Fac ut portem Chriſti mortem,
Paſſionis ejus ſortem,
Et plagas recolere.
Jeſu peccatorum, &c.
17 Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem Filii.
Jeſu peccatorum, &c.
18. Inflammatus, & accenſus,
Per te Virgo ſim defenſus,
In die judicii.
Jeſu peccatorum, &c.
19. Fac me cruce cuſtodiri,
Morte Chriſti præmuniri,
Confoveri gratia.
Jeſu peccatorum, &c.
20. Quando corpus morietur
Fac ut animæ donetur,
Paradiſi gloria. Amen.
Jeſu peccatorum, &c.

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page 12, les trois*

*℣. ℟. & Oraiſons comme au cinquieme jour de l'Octave, au ſoir, page 19.*

*Pour le quatrieme Mardi du Carême.*

A la Bénédiction pour la Paix.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes entonneront l'Hymne qui ſuit.*

1. RECORDARE ſanctæ Crucis,
Qui perfectam vitam ducis
Delectare jugiter.
Jeſu peccatorum, &c.

2. Sanctæ Crucis recordare,
Et in ipſa meditare,
Inſatiabiliter.
Jeſu peccatorum, &c.

3. Stas in Cruce Chriſto duce,
Donec vivis in hac luce,
Modo procul dubio.
Jeſu peccatorum, &c.

4. Non quieſcas, non tepeſcas,
In hac creſcas ut caleſcas,
Cordis deſiderio.
Jeſu peccatorum, &c.

5. Ama Crucem mundi *lucem*,
Et habebis Chriſtum Ducem,
Per æterna ſæcula.
Jeſu peccatorum, &c.

6. Cor in Cruce, crux in corde,
Crux cor meum abſque ſorde
Et tranquillum faciat.
Jeſu peccatorum, &c.

7. Lingua, Crux efficiatur,
Crucem promat, & loquatur,
Et nunquam deficiat.
Jeſu peccatorum, &c.

8. Crux in corde, crux in ore,
Quodam intimo ſapore,
Det tibi dulcedinem.
Jeſu peccatorum, &c.

9 Crux in membris dominetur,
Et ubique ſituetur,
Juxta totum hominem.
Jeſu peccatorum, &c.

10. Specialem fer amorem
Et præcipuum honorem,
Cruci ſalutiferæ.
Jeſu peccatorum, &c.

11. *Cum fervore medullarum*,
Niſu virium tuarum,
Velis hanc diligere.
Jeſu peccatorum, &c.

12. In præclara Cruce ſtude,
Et in ipſa te reclude,
Magna cum lætitia.
Jeſu peccatorum, &c.

13. Chriſto ſis confixus
Cruci,
Ut te valeas perdoci,
Secum ad cœleſtia.
Jeſu peccatorum, &c.
14. Sis in cruce Chriſti
totus,
Prompto animo devotus,
Jubilo dulcedinis.
Jeſu peccatorum, &c.
15. Servum Dei crux
defendit,
Comprehendit, & oſtendit,
Vitam rectitudinis.
Jeſu peccatorum, &c.
16. Cum tentatus, &
afflictus,
Derelictus quaſi victus,
Es inter anguſtias.
Jeſu peccatorum, &c.
17. Non ſis piger, ne-
que tentus,
Sed ſollicite intentus,
Cruce frontem munias.
Jeſu peccatorum, &c.
18. Crux eſt porta Pa-
radiſi,
In qua Sancti ſunt confiſi,
Qui vicerunt omnia.
Jeſu peccatorum, &c.
19. Crux eſt arbor de-
corata,
Chriſti ſanguine ſacrata,
Cunctis plena fructibus.
Jeſu peccatorum, &c.
20. Totum ſit quod ego
dixi,
Ad honorem Crucifixi,
Ad laudem, & gloriam.
Jeſu peccatorum, &c.
21. Ut meorum pecca-
torum.
Glorioſæ Rex cœlorum,
Mihi dones veniam. Amen.
Jeſu peccatorum refu-
gium, &c.

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page* 12, *les deux premiers* ℣ ℟. *& Oraiſons, idem.*

*Troiſieme* ℣. Fiat pax in virtute tua.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

*Troiſieme Oraiſon.*

Deus à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt pacem, ut & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pour le cinquieme Mardi du Carême.*

A la Bénédiction, pour la rémiſſion des péchés.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes chanteront l'Hymne qui ſuit.*

1. VExilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis myſterium,
Quo carne carnis conditor,
Suſpenſus eſt patibulo.
Jeſu peccatorum, &c.
2. Quo vulneratus inſuper,
Mucrone diro lanceæ,
Ut nos lavaret crimine,
Manavit unda & ſanguine.
Jeſu peccatorum, &c.
3. Impleta ſunt quæ concinit.
David fideli carmine,
Dicens in Nationibus,
Regnavit à ligno Deus.
Jeſu peccatorum, &c.
4. Arbor decora & fulgida,
Ornata regis purpura,
Electa digno ſtipite,
Tam ſancta membra tangere.
Jeſu peccatorum, &c.
5. Beata cujus brachiis,
Secli pependit pretium,
Statera facta corporis,
Prædamque tulit tartari.
Jeſu peccatorum, &c.
*Etant à genoux, on dira*:
6. O Crux ave ſpes unica,
Hoc paſſionis tempore,
Auge piis juſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Jeſu peccatorum, &c.
7. Te ſumma Deus Trinitas,
Collaudet omnis Spiritus:
Quos per Crucis myſterium,
Salvas Rege per ſæcula.
Amen.
Jeſu peccatorum refugium, &c.

Tantum ergo, &c. *page* 12; *les trois* ℣. ℟. *& Oraiſons, ſont celles du Mardi gras, page* 25 *&* 26.

*Pour le Mardi de la Semaine Sainte.*

A la Bénédiction, pour la Compagnie.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes entonneront l'Hymne qui ſuit.*

1. PAnge lingua glorioſi,
Prælium certaminis,
Et ſuper Crucis trophæum,
Dic triumphum nobilem,
Qualiter redemptor orbis
Immolatus vicerit.
Jeſu peccatorum refugium, &c.
2. De parentis protoplaſti,
Fraude factor condolens,
Quando pomi noxiali,
Morſu in mortem corruit,
Ipſe lignum tunc notavit,
Damna ut ligni ſolveret.
Jeſu peccatorum, &c.

3. Hoc opus noſtræ ſalutis,
Ordo depopoſcerat,
Multiformis proditoris,
Ars ut artem falleret.
Et medelam ferret inde,
Hoſtis unde læſerat.
Jeſu peccatorum, &c.

4. Quando venit ergo ſacri
Plenitudo temporis,
Miſſus eſt ab arce patris,
Natus, orbis conditor.
Atque ventre virginali
Caro factus prodiit.
Jeſu peccatorum, &c.

5. Vagit infans inter arcta
Conditus præſepia,
Membra pannis involuta
Virgo mater alligat.
Et manus, pedeſque, & crura,
Stricta cingit faſcia.
Jeſu peccatorum, &c.

6. Luſtris ſex qui jam peractis,
Tempus implens corporis:
Se volente natus ad hoc,
Paſſioni deditus,
Agnus in Cruce levatur,
Immolandus ſtipite.
Jeſu peccatorum, &c.

7. Hic acetum, fel, arundo,
Sputa, clavi, lancea:
Mite corpus perforatur,
Sanguis, unda profluit:
Terra, pontus, aſtra, mundus,
Quo lavantur flumine.
Jeſu peccatorum, &c.

8. Crux fidelis, inter omnes,
Arbor una nobilis:
Nulla ſylva talem profert:
Fronde, flore, germine:
Dulce lignum, dulces clavos,
Dulce pondus ſuſtinet.
Jeſu peccatorum, &c.

9. Flecta ramos arbor alta:
Tenſa laxa viſcera.
Et rigor lenteſcat ille,
Quem dedit nativitas,
Ut ſuperni membra regis,
Mitti tendas ſtipite.
Jeſu peccatorum, &c.

10. Sola digna tu fuiſti,
Ferre ſæcli pretium,
Atque portum præparare,
Nauta mundo naufrago,
Quem ſacer cruor perunxit,
Fuſus agni corpore.
Jeſu peccatorum, &c.

11. Gloria, & honor Deo.
Uſquequaque altiſſimo,
Una Patri, Filioque,
Inclyto paraclito,
Cui laus eſt, & poteſtas,
Per æterna ſæcula.
Amen.
Jeſu peccatorum &c.

Tantum ergo, &c. *page* 12, *les trois* ℣. ℟. *& Oraiſons, comme au dernier jour de l'Octave de la Circonciſion, pag.* 22 *&* 23. *On ne dit pas le reſte, qui eſt marqué à la même page* 23

*Pour le jour de l'Aſcenſion de Notre Seigneur Jeſus-Chriſt,*

A la Bénédiction.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes entonneront les Litanies du ſaint Nom de Jeſus, pag* 14

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page* 12, *les deux premiers* ℣. ℟. *& Oraiſons, idem.*

*Aux* ℣. *& Oraiſons, on ajoutera*, alleluia.

*Troiſieme* ℣. Aſcendit Deus in jubilatione, alleluia.

℟. Et Dominus in voce tubæ, alleluia.

*Troiſieme Oraiſon.*

COoncede quæſumus omnipotens Deus, ut qui hodiernâ die unigenitum tuum Redemptorem noſtrum ad cœlos aſcendiſſe credimus, ipſi quoque mente in cœleſtibus habitemus. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pour la Bénédiction du Vendredi, dans l'Octave du Saint Sacrement.*

*Immédiatement après la Proceſſion, deux Choriſtes entonneront :*

Tantum ergo, &c, *page* 12.

℣ Panem de cœlo præſtitiſti eis, alleluia.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem, alleluia.

℣. Sit nomen Domini noſtri Jeſu-Chriſti benedictum.

℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

OREMUS.

DEus qui nobis ſub Sacramento mirabili, &c. *page* 12.

DEus qui glorioſiſſimum nomen, &c. *idem.*

Deus

DEus cujus miſericordiæ non eſt numerus & bonitatis infinitus eſt theſaurus, piiſſime majeſtatis tuæ pro collatis donis gratias agimus, tuam ſemper clementiam exorantes, ut qui petentibus poſtulata concedis, eoſdem non deſerens ad præmia futura diſponas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen

*Pour la Fête de la Nativité de la Vierge Marie,*
A la Bénédiction.

*Immédiatement après Complies, deux Choriſtes entonneront les Litanies de la Vierge Marie, page 15.*

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page* 12, *les deux premiers* ℣. ℟. & *Oraiſons, idem.*

*Troiſieme* ℣. Nativitas eſt hodiè Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

*Troiſieme Oraiſon.*

FAmulis tuis, quæſumus Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire: ut quibus Beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, Nativitatis ejus ſolemnitas pacis tribuat incrementum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pſeaumes, Hymnes, Verſets & Oraiſons qu'on doit chanter aux Proceſſions que la Compagnie eſt dans l'uſage de faire.*

Pour le jour de la Circonciſion, à la Proceſſion.

*Les Confreres ſe ſouviendront que cette Proceſſion eſt inſtituée pour remercier Dieu des bienfaits dont il nous a comblés dans la derniere année, pour lui demander pardon des péchés que nous y avons commis, & pour obtenir de nouveaux ſecours, afin de paſſer plus ſaintement celle qui commence; ainſi ils auront ſoin de la faire dans toute l'humilité & la dévotion dont ils ſeront capables.*

*Pour cet effet, le Saint Sacrement étant expoſé, les Confreres, revêtus de leur Sac, ſe rendront à l'heure convenable, deux à deux, dans la Chapelle, pour adorer le Saint Sacrement, ayant la Croix à la tête de la Proceſſion.*

*Deux Choriſtes entonnent pour le Salut au Saint Sacrement, l'Hymne qui ſuit.*

O ſalutaris Hoſtia,
Quæ cœli pandis hoſtium,
Bella premunt hoſtilia,
Da robur fer auxilium.

Uni trinoque Domino
Sit ſempiterna gloria :
Qui vitam ſine termino,
Nobis donet in patria.

*Aprés quoi les Confreres défilent pour faire la Proceſſion, en paſſant devant le Saint Sacrement, s'il eſt expoſé, ils feront la génuflexion à deux genoux, mais s'il eſt enfermé, ils ne la feront qu'à un, & pendant que la Proceſſion défile, deux Choriſtes entonnent le Pſeaume ſuivant, & on n'en chante pas d'autre en allant à l'Egliſe de la Paroiſſe* *Pſeaume* 8.

1. DOmine Dominus noſter, * qam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

*Le Chœur chante en Faux-Bourdon, de Verſet à autre.*

In nomine Jeſu omne genuflectatur : * cœleſtium terreſtrium, & infernorum,

Quoniam elevata eſt magnificentia, &c. *pag.* 18 *au quatrième jour de l'Octave, au ſoir.*

*En entrant dans l'Egliſe de la Paroiſſe, on dit, pour finir le Pſeaume,* Gloria Patri, & Filio : * & Spiritu Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc & ſemper : * & in ſæcula ſæculorum. Amen. In nomine Jeſu, &c.

## PREMIERE STATION

A l'Egliſe de la Paroiſſe.

*Etant à genoux deux à deux dans le Chœur, deux Choriſtes chantent, à l'honneur de Marie l'Hymne qui ſuit.*

AVe maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper Virgo,
Fœlix cœli porta

*Le Chœur répond.*

2. Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit eſſe tuus.

*Les Choriſtes.*

3. Vitam præſta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jeſum,
Semper collætemur.

*Le Chœur.*

4. Sit laus Deo Patri,

Summo Chriſto decus, Trinus honor unus.
Spiritui Sancto, Amen.

*Ces deux premiers ℣. ℟. on les chantera à toutes les Stations de cette Proceſſion.*

*On en fera de même pour les deux premieres Oraiſons.*

Tantum ergo Sacramentum, &c. *page* 12.

1. ℣. Panem de cœlo præſtitiſti eis.

℟. Omne delectamentum in ſe habentem.

2. ℣. Verbum caro factum eſt, alleluya.

℟. Et habitavit in nobis, alleluya.

3. ℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMUS.

DEus qui nobis ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus.

DEus qui ſalutis æternæ beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

COncede nos famulos tuos, quæſumus, Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia & æterna perfrui lætitia. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Pendant que la Proceſſion défile, deux Choriſtes entonnent l'Hymne qui ſuit. on n'en chantera pas d'autre en allant aux Capucins.*

1. JEſu dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia
Sed ſuper mel & omnia,
Ejus dulcis præſentia.

*Le Chœur chante.*

In nomine Jeſu, &c.

2. Nil canitur ſuavius,
Nil auditur jucundius.
Nil cogitatur dulcius,
Quam Jeſus Dei Filius.

In nomine Jeſu, &c.

3. Jeſu ſpes Pœnitentibus,
Quam pius es petentibus,
Quam bonus te quærentibus

Sed quid invenientibus.
In nomine Jeſu, &c.
4. Nec lingua valet dicere,
*Acte d'Offrande des louanges que nous allons chanter, & unir à celles que Jéſus-Chriſt, Notre-Dame, les Anges, & les Saints offrent à Dieu dans le temps, & lui offriront dans l'éternité.*

MOn Dieu, je vous offre mes penſées, mes paroles, mes actions, mes travaux & mes ſouffrances, tous mes biens, ma vie même, donnez-y, s'il vous plaît, votre ſainte bénédiction; tout eſt à vous, tout me vient de vous, & je mets tout ſous votre ſainte protection. Ainſi ſoit-il.

### *Acte de Demande.*

*Priere que l'Egliſe dit avant l'Office, afin que Dieu diſpoſe notre cœur à le réciter dévotement.*

APeri, Domine, os meum ad benedicendum nomen Sanctum tuum; munda quoque cor meum ab omnibus vanis, perverſis, & alienis cogitationibus, intellectum illumina, affectum inflam-

*OUvrez, Seigneur ma bouche pour bénir votre ſaint Nom, chaſſez de mon cœur toutes le penſées vaines, mauvaiſes, & étrangeres, illuminez mon entendement, enflammez ma volonté, afin que je*

ma, ut digne, attente, ac devote hoc officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conſpectum divinæ majeſtatis tuæ. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*récite dignement cet Office, & que je mérite d'être exaucé devant votre divine Majeſté, je vous en prie, par les mérites de mon Sauveur Jeſus-Chriſt. Ainſi ſoit-il.*

Domine in unione illius divinæ intentionis qua ipſa in terris laudes Deo perſolviſti has horas tibi perſolvo.

## *A MATINES,*

*Le Recteur ayant battu des mains, dit* Pater noſter, Ave Maria, Credo, *que les Confreres continuent à voix baſſe.*

PAter noſter, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panem noſtrum quotidianum da nobis hodiè. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus, debitòribus noſtris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

AVe, Maria, gratiâ plenâ, Dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui Jeſus. Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis noſtræ. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cœli, & terræ. Et in Jeſum Chriſtum Filium ejus unicum Dominum noſtrum. Qui conceptus eſt de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine. Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis. Aſcendit ad cœlos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Indè venturus eſt judicare vivos & mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, Sanctam Eccleſiam Catholicam, Sanctorum communionem, Remiſſionem peccatorum, Carnis reſurrectionem, Vitam æternam. Amen.

*Ces Prieres étant finies, le Recteur faiſant le Signe de la Croix ſur ſes lèvres, entonne.*

℣. Domine labia mea aperies.

℟. Et os meum annuntiabit laudem tuam.

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me feſtina.

℣. Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto.

℟. Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Alleluia.

*On dit* Alleluia *durant l'année : & depuis la Septuagéſime incluſivement, juſques au Samedi-Saint, au lieu d'*Alleluia, *on dit* : Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

## INVITATOIRE.

*Les Chantres.* Admirabile nomen Jeſu, quod eſt ſuper omne nomen, venite adoremus.

*Le Chœur répete* Admirabile nomen Jeſu, quod eſt ſuper omne nomen, venite adoremus.

*Depuis le Samedi-Saint, juſques au Samedi avant la Trinité, on ajoute* Alleluia *à l'Invitatoire, de même qu'aux Antiennes & aux Verſets.*

*Les Choriſtes.* *Pſeaume* 94.

VEnite exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei.

*Le Chœur.* Admirabile nomen Jeſu, quod eſt ſuper omne nomen, venite adoremus.

*Les Chor.* Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos, quoniam non repellet Dominus plebem ſuam : quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit.

*Le Chœur.* Venite adoremus.

*Les Chor.* Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus (*ici on ſe met à genoux pendant que les Choriſtes diſent*) Venite adoremus, & procidamus ante Deum: (*& ici on ſe leve*) ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter, nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus.

*Le Chœur.* Admirabile nomen Jeſu, quod eſt ſuper omne nomen, venite adoremus.

*Les Chor*, Hodiè, ſi vocem ejus audieritis, nolite

obdurare corda veſtra : ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto, ubi tentaverunt me patres veſtri, probaverunt & viderunt opera mea.

*Le Chœur.* Venite adoremus.

*Les Chor.* Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, ſemper hi errant corde : ipſi vero non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

*Le Chœur.* Admirabile nomen Jeſu, quod eſt ſuper omne nomen, venite adoremus.

*Les Choriſtes* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

*Le Chœur.* Admirabile nomen Jeſu, quod eſt ſuper omne nomen, venite adoremus.

*On chantera debout l'Hymne ſuivant.*

Jeſu Rex admirabilis,
Et triumphator nobilis,
Dulcedo ineffabilis,
Totus deſiderabilis.

Quando cor noſtrum viſitas,
Tunc lucet ei veritas,
Mundi vileſcit vanitas,
Et intus fervet charitas.

Jeſu dulcedo cordium,
Fons vivus, lumen mentium,
Excedens omne gaudium,
Et omne deſiderium.

Jeſum omnes agnoſcite,
Amorem ejus poſcite,
Jeſum ardenter quærite,
Quærendum inardeſcite.

Te noſtra Jeſu vox ſonet,
Noſtri te mores exprimant,
Te corda noſtra diligant,
Et nunc & in perpetuum.
Amen.

## AU PREMIER NOCTURNE.

*Antienne.* Domine Dominus noſter.

*Pſeaume* 8.

Domine Dominus noſter, * quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

Quoniam elevata eſt magnificentia tua : * ſuper cœlos.

Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos : * ut deſtruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum : * lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quod memor es ejus ? * aut filius hominis, quoniam viſitas eum.

Minuiſti eum paulominùs ab Angelis, gloria, & honore coronaſti eum : * & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas : * inſuper & pecora campi.

Volucres cœli & piſces mari : * qui perambulant ſemitas maris.

Domine Dominus noſter : * quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

*Ant* Domine Dominus noſter : quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra.

*Ant.* In nomine Jeſu.

*Pſeaume* 18.

CŒli enarrant gloriam Dei : * & opera manuum ejus annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum : * & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelæ, neque ſermones : * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit ſonus eorum : * & in fines orbis terræ verba eorum.

In ſole poſuit tabernaculum ſuum : * & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.

Exultavit ut gigas ad currendam viam : * à ſummo cœlo egreſſio ejus.

Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus : * nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.

Lex Domini immaculata, convertens animas : * teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans parvulis.

Juſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda : * præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini ſanctus permanens in ſæculum ſæculi : * judicia Domini vera, juſtificata in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem pretioſum multum : * & dulciora ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtodit ea : * in cuſtodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me.* & ab alienis parce ſervuo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero:* & emundabor à delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : * & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Domine adjutor meus. * & redemptor meus.

Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

*Ant.* In nomine Jeſu omne genuflectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.

*Ant.* Confitemini Domino.

## *Pſeaume* 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo ejus : * orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundavit eum : * & ſuper flumina præparavit eum.

Quis aſcendet in montem Domini : * aut quis ſtabit in loco ſancto ejus ?

Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam : * nec juravit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem à Domino : * & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium eum : * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales : * & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ ? * Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.

Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales : * & introibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ ? * Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

*Ant.* Confitemini Domino, & invocate nomen ejus, mementote quoniam excelſum eſt nomen ejus.

*Les Choriſtes.* ℣. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo. *Le Chœur.* ℟. Multum eſt enim.

*Le Recteur dit,* Pater noſter, *que les Confreres continuent à genoux, & à voix baſſe.*

*Le Recteur dit*, ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos a malo.

*Le Recteur dit l'Abſolution.*

EXaudi Domine Jeſu Chriſte preces ſervorum tuorum, & miſerere nobis : qui cum patre & Spiritu Sancto, vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Le Recteur ayant fait une génuflexion, ſe tourne vers le Recteur, en diſant* ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur dit la Bénédiction* : Benedictione perpetuâ benedicat nos Pater æternus. ℟. Amen.

De Actibus Apoſtolorum. *Cap.* 3.

*Leçon* I.

PEtrus autem & Joannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir, qui erat Claudus ex utero matris ſuæ, bajulabatur : quem ponebant quotidiè ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum. Is cùm vidiſſet Petrum & Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit : Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit Argentum & aurum non eſt mihi : quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Jeſu Chriſti Nazareni ſurge, & ambula. Et apprehenſa manu ejus dextera, allevavit eum. Et protinus conſolidatæ ſunt baſes ejus, & plantæ. Et exiliens ſtetit, & ambulabat. Et intravit cum illis in templum ambulans & exiliens, & laudans Deum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

*Le Chœur.* ℟. I. Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen ejus Jeſum. Ipſe enim ſalvum facit populum ſuum à peccatis eorum.

*Le Lecteur.* ℣. Vocatum eſt nomen ejus Jeſus ; quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur.

*Le Chœur.* Ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

*Le ſecond Lecteur.* ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur dit la Bénédiction* Unigenitus Dei Filius, nos benedicere & adjuvare dignetur. ℟. Amen.

*Leçon 2.*

ET vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum, & cucurrit ad eos ad porticum, quæ appellatur Salomonis, ſtupentes. Videns autem Petrus, reſpondit ad populum : Viri Iſraelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut poteſtate fecerimus hunc ambulare ? Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, Deus patrum noſtrorum glorificavit filium ſuum Jeſum : quem vos quidem tradidiſtis, & negaſtis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti. Vos autem ſanctum & juſtum negaſtis, & petiſtis virum homicidam donari vobis : auctorem verò vitæ interfeciſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis, cujus nos teſtes ſumus. Et in fide nominis ejus, hunc quem vos videtis & noſtis, confirmavit nomen ejus. & fides quæ per eum eſt, dedit integram ſanitatem iſtam in conſpectu omnium veſtrum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

*Le Chœur.* ℟. 2. Benedictum eſt nomen tuum, Deus patrum noſtrorum, qui cùm iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Et in tempore tribulationis peccata dimittis.

*Le Lecteur.* Et benedictum nomen majeſtatis tuæ in æternum, qui facis mirabilia ſolus.

*Le Chœur.* Et in tempore tribulationis peccata dimittis.

*Quand on ne dit que ce Nocturne, avec le* Te Deum, *le Lecteur ajoute à ce Repons.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

*Le Chœur.* Et in tempore tribulationis peccata dimittis.

*Le troiſieme Lecteur.* ℟. Jube domne benedicere.

*Le Recteur.* Spiritus Sancti gratia illuminet ſenſus & corda noſtra. ℟. Amen.

*Leçon 3.*

FActum eſt autem in craſtinum, ut congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ in Jeruſalem: & Annas Princeps Sacerdotum, & Caiphas, & Joannes, & Alexander, & quotquot erant de genere Sacerdotali. Et ſtatuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos? Tunc repletus Spiritus Sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & Seniores audite. Si nos hodiè dijudicamur in benefacto hominis infirmi, de quo iſte ſalvus factus eſt notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael, quia in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Nazareni, quem crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit à mortuis; in hoc iſte adſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: & non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

*Lorſqu'on ne dit que le premier Nocturne, avec le* Te Deum, *on ne dit pas le Répons ſuivant; mais lorſqu'on n'y ajoute pas le* Te Deum, *ou que l'Office eſt à trois Nocturnes, alors on dit le Répons ſuivant, qui eſt le troiſieme.*

*Le Chœur.* ℟. 3. Laudabo nomen tuum aſſidue: Et collaudabo illud in confeſſione.

*Le Lecteur,* ℣. Lætabor, & exultabo in te, pſallam nomini tuo Altiſſime. *Le Chœur.* Et collaudabo illud in confeſſione. *Le Lecteur.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. *Le Chœur.* Et collaudabo illud in confeſſione.

## *AU SECOND NOCTURNE.*

*Ant.* Memores erunt. *Pſeaume* 44.

ERuctavit cor meum vebum bonum: * dico ego opera mea Regi.

Lingua mea calamus ſcribæ : * velociter ſcribentis.

Specioſa forma præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis : * propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum : * potentiſſime.

Specie tua & pulchritudine tua : * intende proſperè procede, & regna.

Propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam: * & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ populi ſub te cadent : * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi : * virga directionis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem : * proptereà unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis à domibus eburneis : * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato : * circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam : * & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decorum tuum : * quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus : * vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus : * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines poſt eam : * proximæ ejus afferentur tibi

Afferentur in lætitia, & exultatione : * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii : * conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

Memores erunt nominis tui Domine : * in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum : * & in ſæculum ſæculi

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Ant.* Memores erunt, nominis tui Domine, in omni generatione, & generationem.

*Ant.* Magnificate Dominum.

*Pſeaume* 45.

DEus noſter, refugium & virtus : * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra : & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorum : * conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei : * ſanctificavit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio ejus non commovebitur : * adjuvabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna,* dedit vocem ſuam, & mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcum : * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram : * auferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma : * ſcuta comburet igni.

Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus :* exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum : * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Ant.* Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus in idipſum.

*Ant.* Omnes gentes. *Pſeaume* 86.

FUndamenta ejus in montibus ſanctis : * diligit Dominus portas Sion, ſuper omnia tabernacula Jacob.

Glorioſa dicta ſunt de te : * civitas Dei.

Memor ero Raab, & Babylonis : * ſcientium me.

Ecce

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum.* hi fuerint illic.

Nunquid Sion dicet, homo, & homo natus eſt in ea:* & ipſe fundavit eam altiſſimus ?

Dominus narrabit in ſcripturis populorum & principum :* horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium :* habitatio eſt in te.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Ant.* Omnes gentes, quaſcumque feciſti venient, & adorabunt coram te, Domine, & glorificabunt nomen tuum.

*Les Choriſtes.* ℣. Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos.

*Le Chœur.* ℟. Et propitius eſto peccatis noſtris propter tuum.

*Le Recteur dit* Pater noſter, *que les Confreres continuent à genoux, à voix baſſe.*

*Le Recteur dit* ℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

*Le Recteur dit l'Abſolution.*

IPſius pietas, & miſericordia nos adjuvet, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivit, & regnat, in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Le Lecteur ayant fait une génuflexion, ſe tourne vers le Recteur, en diſant,* ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur dit la Bénediction :* Deus Pater omnipotens, ſit nobis propitius, & clemens. ℟. Amen.

*Leçon 4.*

Sermo S. Bernardi Abbatis. *Serm. 15, ſuper cant.*

NOn otioſè Spiritus Sanctus nomen ſponſi, oleo comparat, cùm ita docet ſponſam ad ſponſum clamare. Oleum effuſum nomen tuum. Oleum enim lucet, paſcit, & ungit. Fovet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem : lux, cibus, medicina. Vide idem nunc & de ſponſi nomine. Lucet prædicatum, paſcit recogitatum, invocatum lenit, & ungit. Et percurramus ſingula. Unde putas in toto orbe, tanta & tam ſubita fidei lux, niſi de prædicato nomine Jeſu ? Nonne in hujus

nominis luce Deus nos vocavit in admirabile lumen ſuum, quibus illuminatis, & in lumine iſto videntibus lumen, dicat meritò Paulus, Fuiſtis aliquando tenebræ nunc autem lux in Domino. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

*Le Chœur.* ℟. 4. Sperent in te, qui noverunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.

*Le Lecteur.* ℣. Exurge Domine, adjuva nos, & libera nos propter nomen tuum.

*Le Chœur.* ℟. Quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.

*Le Lecteur.* ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur dit la Bénédiction.* Chriſtus perpetuæ det nobis gaudia vitæ. ℟. Amen.

*Leçon 5.*

HOc denique nomen coram Regibus, & gentibus, & filiis Iſrael portare juſſus eſt idem Apoſtolus, & portabat nomen tanquam lumen, & illuminabat patriam, & clamabat ubique : Nox præceſſit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus. Et monſtrabat omnibus lucernam ſuper candelabrum, annuncians in omni loco Jeſum, & hunc crucifixum. Quomodo lux iſta reſplenduit, ac perſtrinxit cunctorum intuentium oculos, quando de ore Petri, tamquam fulgur egrediens, claudi unius corporales plantas ſolidavit, & baſes, multoſque ſpiritualiter cæcos illuminavit? Numquid non ignem ſparſit cum ait : In nomine Jeſu-Chriſti Nazareni ſurge, & ambula? Tu autem, Domine, miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. 5. *Le Chœur.* Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile, & ſanctum eſt.

*Le Lecteur.* Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.

*Le Chœur.* Quoniam terribile & ſanctum eſt.

*Lorſqu'on ne dit que le ſecond Nocturne, avec le* Te Deum, *le Lecteur ajoute à ce Répons* · Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. *Le Chœur* : Quoniam terribile & ſanctum eſt.

*Le Lecteur.* ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur.* Ignem ſui amoris, accendat Dominus in cordibus noſtris. ℟. Amen.

*Leçon 6.*

NEc tantùm lux eſt nomen Jeſu, ſed eſt & cibus. An non toties confortaris, quoties recordaris? Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat ſenſus, virtutes roborat, vegetat mores bonos atque honeſtos, caſtas fovet affectiones? Aridus eſt omnis animæ cibus, ſi non oleo iſto infunditur. Inſipidus eſt, ſi non hoc ſale conditur. Si ſcriba, non ſapit mihi, niſi legero ibi Jeſum. Si diſputes aut conferas, non ſapit mihi, niſi ſonuerit, ibi Jeſus. Jeſus mel in ore, in ore melos, in corde jubilus. Sed eſt & medicina. Triſtatur aliquis noſtrum? Veniat in cor ejus Jeſus, & inde ſaliat in os Et ecce ad exortum nominis lumen, nubilum omne diffugit, redit ſerenum. Labitur quis in crimen? currit inſuper ad laqueum mortis, deſeſperando? Nonne, ſi invocet nomen vitæ, confeſtim reſpirabit ad vitam. Tu autem, Domine, miſerere nobis.

℟. Deo gratias.

*Lorſqu'on ne dit que le ſecond Nocturne avec le* Te Deum, *on ne dit pas le répons ſuivant: mais lorſqu'on n'y ajoute pas le* Te Deum, *ou lorſque l'Office eſt à trois Nocturnes, alors on dit le répons qui ſuit.*

℟. *6. Le Chœur.* Lætentur omnes qui ſperant in te, Domine, in æternum exultabunt, & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum. *Le Lecteur.* ℣. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die.

*Le Chœur.* Qui diligunt nomen tuum.

*Le Lecteur.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

*Le Chœur.* Qui diligunt nomen tuum.

## AU TROISIEME NOCTURNE.

*Ant* Cantate Domino.

*Pſeaume 95.*

CAntate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino, & benedicite nomini ejus : * annunciate de die in diem ſalutare ejus.

Annuntiate inter gentes gloriam ejus : * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus & laudabilis nimis : * terribilis eſt ſuper omnes Deos.

Quoniam omnes Dii gentium dæmonia : * Dominus autem cœlos fecit.

Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus : * ſanctimonia & magnificentia in ſanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem : * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hoſtias, & introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio ſancto ejus.

Commoveatur à facie ejus univerſa terra : * dicite in gentibus, quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commovebitur : * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus : * gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſylvarum à facie Domini, quia venit : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate : * & populos in veritate ſua.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Cantate Domino, & benedicite nomini ejus : annuntiate de die in diem ſalutare ejus.

*Ant.* Secundùm nomen tuum.

*Pſeaume 96.*

DOminus regnavit, exultet terra : * lætentur inſulæ multæ.

Nubes, & caligo in circuitu ejus : * juſtitia & judicium correctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcedet : * & inflammavit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbis terræ : * vidit, & commota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini : * à facie Domini omnis terra.

Annunciaverunt cœli juſtitiam ejus : * & viderunt omnes populi gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia : * & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

Adorate eum omnes Angeli ejus : * audivit, & lætata eſt Sion.

Et exultaverunt filiæ Judæ : * propter judicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram : * nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.

Qui diligitis Dominum, odite malum, cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum : * de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt juſto : * & rectis corde lætitia.

Lætamini juſti in Domino : * & confitemini memoriæ ſanctificationis ejus.

Gloria Patri, *&c.*

*Ant.* Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus & tua in fines terræ : juſtitia plena eſt dextera tua.

*Ant.* Cantate Deo. *Pſeaume 97.*

CAntate Domino canticum novum * quia mirabilia fecit.

Salvavit ſibi dextera ejus : * & brachium ſanctum ejus.

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum : * in conſpectu gentium revelavit juſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ : * & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ * ſalutare Dei noſtri.

Jubilate Deo omnis terra : * cantate, & exultate, & pſallite.

Pſallite Domino in cithara, in cithara, & voce pſalmi : * in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conſpectu regis Domini, moveatur mare, & plenitudo ejus : * orbis terrarum, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt à

conſpectu Domini : * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in juſtitia : * & populos in æquitate.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Cantate Deo, pſalmum dicite nomini ejus, iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen illi.

℣. *Les Choriſtes.* Afferte Domino gloriam & honorem.

*Le Chœur.* ℟. Afferte Domino gloriam nomini ejus.

*Le Recteur dit* : Pater noſter, *que les Confreres continuent à voix baſſe.*

*Le Recteur.* Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

*Le Recteur dit l'Abſolution.*

A Vinculis peccatorum noſtrorum, abſolvat nos omnipotens, & miſericors Dominus. ℟. Amen.

*Le Lecteur ayant fait la génuflexion, ſe tourne vers le Recteur, en diſant* : ℣. Jube domne benedicere,

*Le Recteur.* Evangelica lectio ſit nobis ſalus & protectio. ℟. Amen.

*On doit être debout quand le Lecteur fait la lecture du texte de l'Evangile.*

*Leçon 7.*

IN illo tempore poſtquam conſummati ſunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum eſt nomen ejus Jeſus. Et reliqua.

Homilia Sancti Bernardi Abbatis. *Serm. 1. de Circumciſ.*

MAgnum & mirabile Sacramentum. Circumciditur puer, & vocatur Jeſus. Quid ſibi vult iſta connexio ? circumciſio nempè magis ſalvandi quàm Salvatoris eſſe videtur : & Salvatorem circumcidere potiùs decet, quàm circumcidi. Sed agnoſce mediatorem Dei & hominum, qui ab ipſo nativitatis ſuæ exordio, divinis humana ſociat, ima ſummis. Naſcitur ex muliere, ſed cui fœcunditatis fructus ſic accedat, ut non decidat flos virginitatis. Pannis involvitur : ſed panni ipſi Angelicis laudibus honorantur. Abſconditur in præſepio, ſed proditur radiante ſtella de cœlo. Sic & circumciſio ve-

ritatem ſuſceptæ probat humanitatis ; & nomen, quod eſt ſuper omne nomen, gloriam indicat majeſtatis. Circumciditur tamquam verus Abrahæ filius, Jeſus vocatur tanquam Filius Dei. Tu autem Domine miſerere noſtri. ℟. Deo gratias.

℟. 7. *Le Chœur.* Tribulationem, & dolorem inveni, & nomen Domini invocavi.

℣. *Le Lecteur.* Turris fortiſſima nomen Domini, in ipſo ſperavi, & adjutus ſum.

*Le Chœur.* Et nomen Domini invocavi.

*Le ſecond Lecteur.* ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur.* Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

*Leçon* 8.

NEque enim ad inſtar priorum meus iſte Jeſus nomen vacuum aut inane portat. Non eſt in eo magni nominis umbra, ſed veritas. Cœlitus ſiquidem inditum nomen Evangeliſta teſtatur, quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur. Et attende verbi profunditatem · Poſtquam natus eſt Jeſus. Jeſus vocatur ab hominibus, qui vocatus eſt ab Angelo priuſquam in utero conciperetur. Idem quippe & Angeli ſalvator, & hominis. ſed hominis, ab incarnatione, Angeli ab initio creaturæ. Vocatum eſt, ait, nomen ejus Jeſus, quod vocatum eſt ab Angelo. In ore ergo duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum, & ipſum, quod in Propheta abbreviatum, manifeſtiùs in Evangelio legitur, caro factum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. 8. *Le Chœur.* Expectabo nomen tuum Domine, quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.

℣. *Le Lecteur.* Ut confiteamur, nomini ſancto tuo ; & gloriemur in laude tua.

*Le Chœur.* Quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.

*Le Lecteur.* Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.

*Le Chœur.* Quoniam bonum eſt in conſpectu Sanctorum tuorum.

*Au* ℟. 8, *le Lecteur n'ajoutera pas* Gloria Patri, & Filio, &c, *lorſqu'on ne doit pas dire le* Te Deum.

*La Leçon ſuivante doit être dite par le Recteur, & pendant qu'il en fait la lecture, les autres Confreres ſont debout.*

*Le Recteur.* Jube domne benedicere.

*Le plus ancien dit la Bénédiction.* Ad ſocietatem civium ſupernorum perducat nos Rex Angelorum.
℟. Amen.

*Leçon 9.*

MEritò ſanè, dum circumciditur puer, qui natus eſt nòbis, Salvator vocatur : quòd videlicet ex hoc jam cœperit operari ſalutem noſtram, immaculatum illum pro nobis ſanguinem fundens. Neque enim jam quærere eſt Chriſtianis, cur voluerit Dominus Chriſtus circumcidi. Propter hoc ſiquidem circumciſus eſt, propter quod natus, propter quod paſſus. Nihil horum propter ſe, ſed omnia propter electos Nec in peccato genitus, nec à peccato circumciſus, nec mortuus eſt pro peccato ſuo · magis autem propter delicta noſtra. Quod vocatum eſt, inquit, ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur. Vocatum planè, non impoſitum. Nempe hoc ei nomen eſt ab æterno. A natura propria habet, ut ſit Salvator : innatum eſt ei nomen hoc, non inditum ab humana, vel Angelica creatura. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

*Hymne de Saint Ambroiſe & de Saint Auguſtin.*

TE Deum laudamus. * te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem, &c. *page* 8.

*Depuis la Septuagéſime juſqu'à Pâques, ni dans le temps de l'Avent, on ne dit pas le* Te Deum, *mais a ſa place on dit le Répons ſuivant.*

℟. 9. Super ſalutem & omnem pulchritudinem dilexi nomen Jeſu, & propoſui in corde habere illud : * venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illo.

℣. Dixi ſanctiſſimo nomini Jeſu, tu es ſpes mea, vocavi illud, protectionem & ſalutem meam : * Venerunt autem, &c. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Venerunt autem, &c.

## A LAUDES.

DEus in adjutorium meum intende.
Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: * Sicut erat in principio & nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen. Alleluia

*Depuis la Septuagéſime, au lieu d'*Alleluia, *on dit:* Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

*Ant* Oleum effuſum.

*Pſeaume 92.*

DOminus regnavit decorem indutus eſt: * indutus eſt Dominus fortitudinem & præcinxit ſe.

Etenim firmavit orbem terræ: * qui non commovebitur.

Parata ſedes tua ex tunc: * à ſæculo tu es.

Elevaverunt flumina Domine: * elevaverunt flumina vocem ſuam.

Elevaverunt flumina fluctus ſuòs: * à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: * mirabilis in altis Dominus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: * domum tuam decet ſanctitudo, Domine, in longitudinem dierum. Gloria Patri, &c.

*Ant.* Oleum effuſum nomen tuum, ideò adoleſcentulæ dilexerunt te.

*Ant.* Scitote.

*Pſeaume 99.*

JUbilate Deo omnis terra. * ſervite Domino in lætitia.
Introite in conſpectu ejus: * in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus ejus, & oves paſcuæ ejus, introite portas ejus in confeſſione: * atria ejus in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen ejus, quoniam ſuavis eſt Dominus, in æternum miſericordia ejus. * & uſque in generationem & generationem veritas ejus.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Scitote quia Dominus ipſe eſt Deus; cujus nomen in æternum.

*Ant.* Sitivit anima ea.

*Pſeaume 62.*

DEus Deus meus: * ad te de luce vigilo.

Sitivit in te anima mea: * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, & invia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. * ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: * labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * & in nomine tuo levabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: * & labiis exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: * quia fuiſti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te: * me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: * tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.

Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: * quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

*Pſeaume 66.*

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: * illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.

Ut cognoſcamus in terra viam tuam: * in omnibus gentibus ſalutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: * confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes, quoniam judicas populos in æquitate: * & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: * terra dedit fructum ſuum.

Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos

Deus : * & metuant eum omnes ſines terræ.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Sitivit anima mea, ad nomen ſanctum tuum Domine.

*Ant.* Benedictum.

*Cantique des trois enfans.* Dan. 3,

BEnedicite omnia opera Domini Domino : * laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino ; * benedicite cœli Domino.

Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt Domino : * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol & Luna Domino : * benedicite ſtellæ cœli Domino.

Benedicite imber & ros Domino : * benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æſtus Domino : * benedicite frigus & æſtus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino : * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: * benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino : * benedicite fulgura & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum : * laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite montes & colles Domino : * benedicite univerſa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: * benedicite maria & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ moventur iu aquis Domino : * benedicite omnes volucres cœli Domino.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino : * benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Iſrael Dominum : * laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino : * benedicicite ſervi Domini Domino.

Benedicite ſpiritus & animæ juſtorum Domino : * benedicite Sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania , Azaria , Miſael Domino : * laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

*On s'incline en diſant le verſet ſuivant.*

Benedicamus Patrem & Filium cum ſancto Spiritu:* laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli : * & laudabilis , & glorioſus , & ſuperexaltatus in ſæcula.

*Ant.* Benedictum nomen gloriæ ſuæ , ſanctum & laudabile , & ſuperexaltatum in ſæcula.

*Ant.* Juvenes & Virgines.

*Pſeaume* 148.

LAudate Dominum de cœlis . * laudate eum in excelſis.

Laudate eum omnes Angeli ejus : * laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum ſol , & luna : * laudate eum omnes ſtellæ & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum : * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt , laudent nomen Domini.

Quia ipſe dixit & facta ſunt : * ipſe mandavit & creata ſunt.

Statuit ea in æternum , & in ſæculum ſæculi : * præceptum poſuit , & non præteribit.

Laudate Dominum de terra : * dracones & omnes abyſſi.

Ignis , grando , nix , glacies , ſpiritus procellarum, * quæ faciunt verbum ejus.

Montes , & omnes colles : * ligna fructifera , & omnes cedri.

Beſtiæ , & univerſa pecora : * ſerpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ , & omnes populi , * principes , & omnes judices terræ.

Juvenes , & virgines , ſenes cum junioribus laudent nomen Domini. * quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.

Confeſſio ejus ſuper cœlum & terram : * & exaltavit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis ejus : * filus Iſrael, populo appropinquanti ſibi.

*Pſeaume* 149.

CAntate Domino canticum novum : * laus ejus in Eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum : * & filiæ Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen ejus in choro : * in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo : * & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria : * lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exultationes Dei in gutture eorum : * & gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus : * increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus : * & nobiles eorum in manicis ferreis.

Ut faciant in eis judicium conſcriptum : * gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus.

*Pſeaume* 150.

LAudate Dominum in ſanctis ejus : * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus : * laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in ſono tubæ : * laudate eum in pſalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro : * laudate eum in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis jubilationis : * omnis ſpiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Juvenes & Virgines, ſenes cum Junioribus, laudate nomen Domini : quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.

*Chapitre.* Philip. 2.

FRatres : Chriſtus humiliavit ſemetipſum, factus obe-diens uſque ad mortem, mortem autem crucis; propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genuflectatur. ℟. Deo gratias.

*Hymne.*

JEſu decus Angelicum,
In aure dulce canticum,
In ore mel mirificum,
In corde nectar cœlicum.

Qui te guſtant, eſuriunt,
Qui bibunt, adhuc ſitiunt,
Deſiderare neſciunt,
Niſi Jeſum, quem diligunt.

O Jeſu mi dulciſſime,
Spes ſuſpirantis animæ!
Te quærunt piæ lacrymæ,
Te clamor mentis intimæ.

Mane nobiſcum Domine,
Et nos illuſtra lumine,
Pulſa mentis caligine,
Mundum reple dulcedine.

Jeſu, flos, matris Virginis,
Amor noſtræ dulcedinis,
Tibi laus, honor nominis,
Regnum beatitudinis.

℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit cœlum & terram.

Le *Recteur. Ant.* Dedit ſe.

BEnedictus Dominus Deus Iſrael : * quia viſitavit & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Et erexit cornu ſalutis nobis : * in domo David pueri ſui.

Sicut locutus eſt per os Sanctorum : * qui à ſæculo ſunt Prophetarum ejus.

Salutem ex inimicis noſtris : * & de manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam miſericordiam cum patribus noſtris: * & memorari teſtamenti ſui ſancti.

Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem noſtrum : * daturum ſe nobis.

Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati : * ſerviamus illi.

In ſanctitate & juſtitia coram ipſo ; * omnibus diebus noſtris.

Et tu puer Propheta altiſſimi vocaberis : * præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus.

Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ejus : * in remiſſionem peccatorum eorum.

Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri : * in quibus viſitavit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent : * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Dedit ſe ut liberaret populum, & acquireret ſibi nomen æternum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMUS.

Deus qui unigenitum Filium tuum, conſtituiſti humani generis ſalvatorem, & Jeſum vocari juſſiſti; concede propitius, ut cujus ſanctum nomen veneramur in terris, ejus quoque aſpectu perfruamur in cœlis. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate, &c.

*C'eſt ici la place des Commémoraiſons, s'il y en a aucune, & enſuite on dit pour la Compagnie,*

*Ant.* Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis, ſanctum nomen tuum invocantibus, vitam æternam.

℣. Memento Domine Congregationis tuæ,

℟. Quam poſſediſti ab initio.

OREMUS.

Defende quæſumus, Domine, Beata Maria ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni adverſitate familiam : & toto corde tibi proſtratam ab hoſtium propitius tuere clementer inſidiis.

*Pour les Confreres abſens.*

*Ant.* Ne reminiſcaris, Domine, delicta Fratrum noſtrorum abſentium neque vindictam ſumas de peccatis eorum.

℣. Salvos fac Fratres noſtros abſentes.

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

*OREMUS.*

Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris, ſimul & mortuorum, omniumque miſe-

reris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus, ut pro quibus effundere preces decrevimus, quoſque vel præſens ſæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore ſuſcepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum ſuorum veniam conſequantur.

*Mémoire de la Sainte Croix, afin que Dieu ſoutienne la charité & l'union entre les deux Compagnies.*

*Ant.* Per ſignum Crucis, de inimicis noſtris, libera nos, Deus noſter.

℣. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi.

℟. Pſalmum dicat nomini tuo, Domine.

OREMUS.

PErpetua nos, quæſumus, Domine, pace cuſtodi, quos per lignum ſanctæ Crucis redimere dignatus es.

*La Mémoire de la Croix en temps de Pâques, eſt la ſuivante.*

*Ant.* Crucifixus ſurrexit à mortuis, & redemit nos. Alleluia.

℣. Dicite in nationibus. Alleluia.

℟. Quia Dominus regnavit à ligno. Alleluia.

OREMUS.

DEus, qui pro nobis Filium tuum Crucis patibulum ſubire voluiſti, ut inimici à nobis expelleres poteſtatem. Concede nobis famulis tuis ut reſurrectionis gratiam conſequamur. Per eundem Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, &c.

*On ne dira pas les Commémoraiſons ſuivantes dans l'Octave de la Circonciſion, ni depuis le Dimanche de la Paſſion juſqu'au Dimanche de la Trinité, ni en Avent, ni lorſque l'Office eſt double. En tout autre temps on les dira.*

Suffrages des Saints.

*De la Vierge.*

*Ant.* Sancta Maria, ſuccurre miſeris, juva puſillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo ſexu, ſentiant omnes tuum juvamen quicumque celebrant tuam ſanctam commemorationem.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quæſumus, Domine Deus, perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

*Depuis l'Octave de l'Epiphanie, juſques à la Purification, au lieu de cette Oraiſon, on dira la ſuivante.*

℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.

℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMUS.

Deus qui ſalutis æternæ, Beatæ Mariæ virginitate fœcunda humano generi præmia præſtitiſti: tribue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum.

*Des Apôtres.*

*Ant.* Glorioſi Principes terræ quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati.

℣. In omnem terram exivit ſonus eorum.

℟. Et in fines orbis terræ verba eorum.

OREMUS.

Deus, cujus dextera Beatum Petrum ambulantem in fluctibus, ne mergeretur erexit, & co-Apoſtolum ejus Paulum tertio naufragantem de profundo Pelagi liberavit: exaudi nos propitius, & concede; ut amborum meritis æternitatis gloriam conſequamur.

*Pour la Paix.*

*Ant.* Da pacem, Domine, in diebus noſtris, quia non eſt alius, qui pugnet pro nobis, niſi tu Deus noſter.

℣. Fiat pax in virtute tuâ.

℟. Et abundantia in turribus tuis.

OREMUS.

Deus à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & juſta ſunt opera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem, ut & corda noſtra mandatis

tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla. Per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen. Pater noſter, *à voix baſſe.*

℣. Deus det nobis ſuam pacem.

℟. Vitam æternam. Amen.

*On dit enſuite une des Antiennes ſelon le temps, ainſi qu'elles ſont marquées ci-deſſous.*

*Depuis le premier Dimanche de l'Avent incluſivement, juſques à la Purification excluſivement, on dira l'Antienne qui ſuit.*

ALma Redemptoris mater, quæ pervia cœli
Porta manes, & ſtella maris, ſuccurre cadenti
Surgere qui curat populo: tu quæ genuiſti,
Natura mirante, tuum ſanctum genitorem:
Virgo prius ac poſterius, Gabrielis ab ore,
Sumens illud ave, peccatorum miſerere.

*Juſques aux premieres Vépres de Noel excluſivement, on dit les Verſet, Répons & Oraiſon qui ſuivent.*

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariæ.

℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

## OREMUS.

GRatiam tuam, quæſumus, Domine mentibus noſtris infunde: ut qui Angelo nuntiante, Chriſti Filii tui incarnationem cognovimus, per Paſſionem ejus & Crucem ad Reſurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Et depuis les premieres Vépres de Noel incluſivement, juſques à la Purification excluſivement, à l'Antienne ci-deſſus, on ajoute les ℣. ℟. & Oraiſon qui ſuivent, & on omet ceux ci-deſſus.*

℣. Poſt partum Virgo inviolata permanſiſti.
℟. Dei genitrix intercede pro nobis.

OREMUS.

DEus qui ſalutis æternæ Beatæ Mariæ Virginitate fœcunda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. ℟. Amen.

*Depuis la Purification, à Complies incluſivement, juſques au Jeudi-Saint, on dit l'Antienne qui ſuit.*

AVe Regina cœlorum, Ave Domina Angelorum:
Salve radix, ſalve porta, Ex qua mundo lux eſt orta.
Gaude Virgo glorioſa, Super omnes ſpecioſa,
Vale, ô valde decora, Et pro nobis Chriſtum exora.

℣. Dignare me, laudare te, Virgo ſacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hoſtes tuos.

OREMUS.

COncede miſericors Deus fragilitati noſtræ præſidium ut qui ſanctæ Dei genitricis memoriam agimus, interceſſionis ejus auxilio à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Depuis Pâques, juſques aux premieres Vêpres de la Trinité excluſivement, on dit l'Antienne qui ſuit.*

REgina cœli lætare, Alleluia.
Quia quem meruiſti portare, Alleluia.
Reſurrexit ſicut dixit, Alleluia.
Ora pro nobis Deum, Alleluia.

℣. Gaude & lætare Virgo Maria, alleluia.
℟. Quia ſurrexit Dominus vere, alleluia.

OREMUS.

DEus, qui per reſurrectionem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, mundum lætificare dignatus es: præſta quæſumus, ut per ejus genitricem Virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

*Depuis les premieres Vêpres de la Trinité, juſques aux*



[library stamp]

*premieres Vépres excluſivement de l'Avent, on dit l'Antienne qui ſuit.*

SAlve Regina, Mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra, ſalve. Ad te clamamus, exules filii Evæ. Ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo advocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos converte. Et Jeſum Benedictum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens! ô pia! ô dulcis Virgo Maria!

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

O R E M U S.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſæ Virginis Matris Mariæ corpus & animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante præparaſti: da, ut cujus commemoratione lætamur, ejus pia interceſſione ab inſtantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

*Le Pape Leon X, accorde le pardon des fautes, où la fragilité humaine fait tomber pendant la recitation du divin Office, à ceux qui aprés l'avoir recité, diront dévotement l'Oraiſon ſuivante.*

SAcro-Sanctæ & individuæ Trinitati, Crucifixi Domini noſtri Jeſu-Chriſti humanitati, Beatiſſimæ & glorioſiſſimæ ſemperque Virginis Mariæ fœcundæ integritati, & omnium ſanctorum univerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus & gloria, ab omni creatura, nobiſque remiſſio omnium peccatorum, per infinita ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium.

℟. Et Beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum.

Pater noſter, &c. Ave, Maria, &c.

*Puis, pour les Confreres morts, on dira la Priere ſuivante.*

*Ant.* Si iniquitates. *Pſeaume* 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes. * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris Domine. * Domine quis ſuſtinebit ?

Quia apud te propitiatio eſt ; * & propter legem tuam ſuſtinuit te Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus : * ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem : * ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia :* & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael. * ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam ; * Dona eis Domine.

Et lux perpetua : * luceat eis.

*Ant.* Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit ?

℣. Kyrie eleiſon. ℟. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

℣. Pater noſter, &c. *Le Chœur le continue à voix baſſe.*

Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

*La premiere Oraiſon ſera pour le dernier Confrere mort. Si c'eſt un Prêtre, on dira la ſuivante.*

OREMUS.

DEus, inter quos Apoſtolicos Sacerdotes famulum tuum fratrem noſtrum N. Sacerdotali feciſti dignitate vigere : præſta quæſumus ut eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio.

*Pour un Confrere Laique, on dira la ſuivante.*

INclina, Domine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur, ut animam famuli tui fratris noſtris N. quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis ac lucis regione conſtituas, & ſanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem.

*Mais ſi c'eſt une Conſrereſſe, on dira celle qui ſuit.*

QUæſumus, Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ ſororis *noſtræ* N. & à contagiis mortalitatis exutam in æternæ ſalvationis partem reſtitue.

*La ſeconde Oraiſon eſt pour tous les Confreres, pour les parens, & les bienfaiteurs morts; & c'eſt celle qui ſuit.*

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam, ut noſtræ Congregationis fratres, propinquos & benefactores, qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beata Maria ſemper virgine intercedente, cum omnibus ſanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

*La troiſieme Oraiſon eſt pour tous les Fideles défunts.*

FIdelium Deus omnium conditor, & redemptor, animabus famulorum, famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

*Puis on peut ſe retirer, mais dévotement. La Commémoraiſon pour les morts ne ſe ſera qu'à Laudes.*

---

## *A COMPLIES.*

*Le Lecteur dit*, ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur dit la Bénédiction.* Noctem quietam, & finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens. ℟. Amen.

*Leçon breve.* 1. Pet. 5.

*Le Lecteur.* Fratres, Sobrii eſtote, & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide. Tu autem, Domine, miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

*Le Recteur.* ℣. Adjutorium noſtrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cœlum & terram.

Pater noſter, &c. *On le continue à voix baſſe.*

*Le Prêtre dit enſuite la Confeſſion.*

Confiteor Deo omnipotenti, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, Beato Michaeli Archangelo, Beato Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, omnibus ſanctis, & vobis fratres, quia peccavi nimis cogitatione verbo, & opere: Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideò precor Beatam Mariam ſemper Virginem, Beatum Michaelem Archangelum, Beatum Joannem Baptiſtam, Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum noſtrum.

*Le Chœur répond.* Miſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. ℟. Amen.

*Le Chœur répete enſuite la Confeſſion ; & où il eſt dit,* vobis fratres, *&* vos fratres, *qu'on diſe,* tibi pater, *&* te pater.

*Le Chœur ayant répété la Confeſſion, le Prêtre dit :* Miſereatur veſtri omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis veſtris perducat vos ad vitam æternam. ℟. Amen.

Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum, tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Converte nos, Deus, ſalutaris noſter.

℟. Et averte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adjutorium meum intende.

℟. Domine ad adjuvandum me feſtina.

Gloria Patri, & Filio, &c. Sicut erat, &c. alleluia, *ou* Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

*Ant.* Miſerere. *Et au temps de Pâques l'Ant.* Alleluia.

*Pſeaume 4.*

CUm invocarem exaudivit me Deus juſtitiæ meæ.* in tribulatione dilataſti mihi.

Miſerere mei. * & exaudi orationem meam.

Filii hominum uſquequo gravi corde :* ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.

Et ſcitote quoniam mirificavit Dominus ſanctum ſuum: * Dominus exaudiet me, cùm clamavero ad eum.

Iraſcimini, & nolite peccare : * quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini.

Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino. * multi dicunt, quis oſtendit nobis bona.

Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine * dediſti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei ſui : * multiplicati ſunt.

In pace in idipſum : * dormiam & requieſcam.

Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe: * conſtituiſti me.

Gloria Patri, &c. *Pſeaume 30.*

IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum : * in juſtitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam: * accelera ut eruas me.

Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii: * ut ſalvum me facias.

Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu * & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi * quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo ſpiritum meum : * redemiſti me Domine Deus veritatis.

Gloria Patri, &c. *Pſeaume 90.*

QUi habitat in adjutorio Altiſſimi : * in protectione Dei cœli commorabitur.

Dicet Domino, Suſceptor meus es tu, & refugium meum : * Deus meus ſperabo in eum.

Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium: *& à verbo aſpero,

Scapulis ſuis obumbrabit tibi : * & ſub pennis ejus ſperabis.

Scuto circundabit te veritas ejus : * non timebis à timore nocturno.

A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris * ab incurſu, & dæmonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. * ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis conſiderabis : * & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es Domine ſpes mea : * altiſſimum poſuiſti refugium tuum.

Non accedat ad te malum . * & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis ſuis mandavit de te: *ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te : * ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis : * & conculcabis leonem & draconem.

Quoniam in me ſperavit, liberabo eum : * protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

Clamabit ad me, & ego exaudiam eum : *cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum * & oſtendam illi ſalutare meum.

Gloria Patri, &c. *Pſeaume* 133.

ECce nunc benedicite Dominum · * omnes ſervi Domini.

Qui ſtatis in domo Domini : * in atriis domus Dei noſtri.

In noctibus extollite manus veſtras in ſancta : & benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion : * qui fecit cœlum & terram.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Miſerere mei Domine, & exaudi orationem meam.

*Au temps de Pâques, au lieu de cette Antienne, o dira,* Alleluia, alleluia, alleluia.

*Hymne.*

TE lucis ante termi-
num,
Rerum creator poſcimus,
Ut ſolita clementia,
Sis præſul ad cuſtodiam.
Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata;
Hoſtemque noſtrum com-
prime,
Ne polluantur corpora.
Præſta Pater omnipo-
tens,
Per Jeſum Chriſtum Do-
minum:
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum Sancto Spiri-
tu. Amen.

*Chapitre.* Jerem 14.

TU autem in nobis es, Domine, & nomen ſanctum tuum invocatum eſt ſuper nos. ne derelinquas nos Domine Deus noſter. ℟. Deo gratias.

℟. *br.* In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. In manus tuas, Domine, &c. ℣. Redemiſti nos Domine, Deus veritatis. ℟. Commendo ſpiritum meum. ℣. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. ℟. In manus tuas, &c.

℣. Cuſtodi nos, Domine, ut pupillam oculi.

℟. Sub umbra alarum tuarum protege nos.

*Ant.* Salva nos.

*Cantique de Simeon.* Luc. 2 c.

NUnc dimittis ſervum tuum, Domine: * ſecundùm verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei. * ſalutare tuum.

Quod paraſti: * ante faciem omnium populorum.

Lumen ad revelationem gentium: * & gloriam plebis tuæ Iſrael.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Ant.* Salva nos, Domine, vigilantes, cuſtodi nos dormientes, ut vigilemus cum Chriſto, & requieſcamus in pace.

*Les Prieres ſuivantes, on les dit toujours, excepté à l'Office double, & dans les Octaves leſquelles en Avent, en Carême, & aux Quatre-Temps on dit a genoux, lorſque Vêpres ont été de la Férie.*

*Le Recteur dit*, ℣. Kyrie eleiſon.

℟. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

℣. Pater noſter, &c *tout bas*. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Credo in Deum, &c. *tout bas*. Carnis reſurrectionem. ℟. Vitam æternam. Amen.

℣. Benedictus es, Domine, Deus Patrum noſtrorum.

℟. Et laudabilis & glorioſus in ſæcula.

℣. Benedicamus Patrem & Filium cum Sancto Spiritu.

℟. Laudemus & ſuperxaltemus eum in ſæcula.

℣. Benedictus es, Domine, in firmamento cœli.

℟. Et laudabilis, & glorioſus & ſuperexaltatus in ſæcula.

℣. Benedicat & cuſtodiat nos omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Dignare Domine nocte iſta.

℟. Sine peccato nos cuſtodire.

℣. Miſerere noſtri Domine. ℟. Miſerere noſtri.

℣. Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos.

℟. Quemadmodum ſperavimus in te.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

VIſita, quæſumus, Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longe repelle: Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

*Benediction*. Benedicat, & cuſtodiat nos omnipotens & miſericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus. ℟. Amen.

*Immédiatement après, en Avent, juſques à la Purification, on dira l'Antienne ſuivante.*

ALma Redemptoris Mater, quæ pervia cœli, &c. *avec l'Oraiſon qui vient, conformément au temps, page 98.*

*Et depuis la Purification, juſques au Jeudi-Saint, on dira celle qui ſuit.*

AVe Regina cœlorum, &c. *avec l'Oraiſon propre, page 99.*

*Pendant le temps Paſchal, on dira celle qui ſuit.*

REgina cœli lætare, Alleluia, &c. *avec l'Oraiſon propre au temps, idem.*

*Et depuis la Trinité, juſques à l'Avent, on dira l'Antienne ſuivante.*

SAlve Regina, Mater miſericordiæ, vita, &c. *avec l'Oraiſon propre au temps, page 100.*

℣. Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

Pater, Ave, Credo, *tout à voix baſſe; & enſuite on dira:*

SAcro-Sanctæ & individuæ Trinitati &c. *comme il eſt marqué à la page 100. Après on dit:* Pater noſter, Ave Maria, &c. *& on finit.*

*On dit enſuite les Prieres marquées aux Bénédictions.*

*Au jour de la Circonciſion, l'Office ſera double, c'eſt-à-dire, qu'avant & après les Pſeaumes, les Antiennes ſeront entieres.*

*Matines ſeront à trois Nocturnes.*

*A Laudes, on fera Commémoraiſon de la Circonciſion.*

*Ant.* Mirabile myſterium declaratur hodie, innovantur naturæ, Deus homo factus eſt id quod fuit permanſit, & quod non erat aſſumpſit non commixtionem paſſus, neque diviſionem.

℣. Verbum caro factum eſt alleluia.

℟. *Et habitavit in nobis, alleluia.*

*O R E M U S.*

DEus, qui ſalutis æternæ Beatæ Mariæ virginitate fœcunda, humano generi præmia præſtitiſti, tribue quæſumus, ut ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum.

## AUX PREMIERES ET SECONDES VESPRES DE LA CIRCONCISION,

*Double.*

Pater noſter, &c. Ave, Maria, &c.

*Le Recteur* Deus in adjutorium meum intende.

*Le Chœur* Domine ad adjuvandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio, &c. Alleluia.

*Ant.* O admirabile commercium! creator generis humani, animatum corpus ſumens, de virgine naſci dignatus eſt, & procedens homo ſine ſemine, largitus eſt nobis ſuam deitatem.

*Pſeaume* 109.

DIxit Dominus Domino meo: * ſede à dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: * ſcabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus Sanctorum: * ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: * tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.

Dominus à dextris tuis: * confregit in die iræ ſuæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas * conquaſſabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* O admirabile commercium, &c.

*Ant* Quando natus es ineffabiliter ex virgine, tunc impletæ ſunt ſcripturæ ſicut pluvia in vellus deſcendiſti, ut ſalvum faceres genus humanum, te laudamus Deus noſter.

*Pſeaume* 112.

LAudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini.

Sit nomen Domini benedictum: * ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

A ſolis ortu uſque ad occaſum : * laudabile nomen Domini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dominus : * & ſuper cœlos gloria ejus.

Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat.* & humilia reſpicit in cœlo & in terra.

Suſcitans à terra inopem : * & de ſtercore erigens pauperem.

Ut collocet eum cum principibus : * cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in Domo · * matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, & Filio, &c

*Ant.* Quando natus es ineffabiliter, &c.

*Ant.* Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum conſervatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem Dei genitrix intercede pro nobis.

*Pſeaume* 121.

LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi · * in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri : * in atriis tuis Jeruſalem

Jeruſalem quæ ædificatur ut civitas . * cujus participatio ejus in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini · * teſtimonium Iſrael, ad confitendum nomini Domini.

Quia illic ſederunt ſedes in judicio . * ſedes ſuper domum David.

Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem : * & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua : * & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos : * loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei noſtri : * quæſivi bona tibi.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Rubum quem viderat Moyſes, &c.

*Ant.* Germinavit Radix Jeſſe, orta eſt ſtella ex Ja-

cob, virgo peperit ſalvatorem, te laudamus Deus noſter.

*Pſeaume* 132.

NIſi Dominus ædificaverit domum : * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Niſi Dominus cuſtodierit civitatem : * fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere : * ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum : * ecce hæreditas Domini Filii, merces fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis : * ita Filii excuſſorum.

Beatus vir, qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis : * non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Germinavit radix Jeſſe, &c.

*Ant* Ecce Maria genuit nobis Salvatorem, quem Joannes videns exclamavit, dicens ; ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, alleluia.

*Pſeaume* 147.

LAuda Jeruſalem Dominum : * lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem : * & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ : * velociter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam : * nebulam ſicut cinerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas : * ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit ?

Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea : * flabit Spiritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum ſuum Jacob : * juſtitias & judicia ſua Iſrael.

Non fecit taliter omni nationi : * & judicia ſua non manifeſtavit eis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

*Ant.* Ecce maria genuit nobis Salvatorem, &c.

*Chapitre.* Ad Tit. 2.

APparuit gratia Dei ſalvatoris noſtri omnibus ho-minibus, erudiens nos, ut abnegantes impieta-tem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte, & pie vi-vamus in hoc ſæculo. ℟. Deo gratias.

*Hymne.*

CHriſte Redemptor omnium,
Ex patre patris unice,
Solus ante principium,
Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu ſplendor patris,
Tu ſpes perennis omnium,
Intende quas fundunt preces,
Tui per orbem famuli.

Memento ſalutis auctor,
Quod noſtri quondam corporis,
Ex illibata Virgine,
Naſcendo formam ſumpſeris.

Sic præſens teſtatur dies,
Currens per anni circulum,
Quod ſolus à ſede patris,
Mundi ſalus adveneris.

Hunc cœlum, terra, hunc mare,
Hunc omne quod in eis eſt,
Auctorem adventus tui,
Laudans exultat cantico.

Nos quoque qui ſancto tuo,
Redempti ſanguine ſumus,
Ob diem natalis tui,
Hymnum novum concinimus.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & Sancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula.
Amen.

℣. Verbum caro factum eſt, alleluia.

℟. Et habitavit in nobis, alleluia.

*Au Magnificat, Ant.* Propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos Deus, filium ſuum miſit in ſi-militudinem carnis peccati, alleluia.

*C'eſt le ℣. ℟. & Antienne qu'on dira aux premieres Vêpres : mais aux ſecondes Vêpres, on dira les ℣. ℟. & Antiennes qui ſuivent.*

℣. Notum fecit Dominus, Alleluia.

℟. Salutare ſuum, alleluia.

*Au Magnificat, Ant.* Magnum hæreditatis myſterium

Templum

Templum Dei factus eſt uterus neſciens virum : non eſt pollutus ex ea carnem aſſumens : omnes gentes venient, dicentes : gloria tibi Domine.

*Cantique de la Vierge Marie.* Luc. 1.

MAgnificat : * anima mea Dominum.

Et exultavit Spiritus meus : * in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ : * ecce enim ex hoc beatam me dicent, omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt : * & ſanctum nomen ejus.

Et miſericordia ejus à progenie in progenie : * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo * diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede : * & exaltavit humiles.

Eſurientes implevit bonis : * & divites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerum ſuum : * recordatus miſericordiæ ſuæ

Sicut locutus eſt ad patres noſtros : * Abraham, & ſemini ejus in ſæcula.

Gloria Patri, & Filio, &c.

*Aux premieres Vêpres, Ant.* Propter nimiam charitatem ſuam, &c.

*Aux ſecondes Vêpres, Ant.* Magnum hæreditatis Myſterium, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui ſalutis æternæ, &c. *page* 108.

*Aux ſecondes Vêpres de la Circonciſion, on fait Commémoraiſon de l'Octave de Saint Etienne.*

*Ant.* Stephanus autem plenus gratia & fortitudine, faciebat ſigna magna in populo.

℣. Stephanus vidit cœlos apertos.

℟. Vidit & introivit : beatus homo, cui cœli patebant.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui primitias Martyrum in Beati Levitæ Stephani ſanguine dedicaſti: tribue quæſumus, ut pro nobis interceſſor exiſtat, qui pro ſuis etiam perſecutoribus exoravit, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen. Pater noſter, &c *tout bas.*

℣. Dominus det nobis ſuam pacem. ℟. Et vitam æternam. Amen.

*Antienne à la Vierge.*

ALma Redemptoris Mater, &c. *page* 98.

℣. Poſt partum, &c. ℟. Dei genitrix, &c.

OREMUS.

DEus, qui ſalutis æternæ Beatæ Mariæ, &c. p. 108.

℣. Divinum auxilium maneat ſemper nobiſcum. ℟. Amen.

SAcro-Sanctæ atque individuæ Trinitatis, &c. *page* 100.

---

*POUR LE LUNDI ET LE JEUDI,*
Dans l'Octave de la Circonciſion,
*L'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*Après l'Invitatoire, le Pſeaume* Venite exultemus, *& l'Hymne de Matines, on dit le premier Nocturne ſeulement; à la fin duquel on chante* Te Deum: *les Laudes, comme elles ſont marquées.*

*Pour le Mardi & le Vendredi de la même Octave, l'Office Semi-Double, à un Nocturne, qui doit être le ſecond ſeulement; à la fin duquel on dit* Te Deum, &c. *les Laudes comme hier.*

*Pour le Mercredi, & le Samedi de l'Octave de la* Circonciſion, *l'Office Semi-Double, à un Nocturne, qui doit être le troiſieme. à la fin duquel on dit* Te Deum: *les Laudes comme hier.*

*Pour le Dimanche, dans l'Octave de la Circonciſion, l'Office Semi-Double, à trois Nocturnes. S'il eſt avant l'Epiphanie, au lieu de la neuvieme Leçon, on dit celle du Saint dont on fait l'Octave; ainſi qu'il eſt marqué ci-deſſous: les Laudes ſont auſſi Semi-Doubles, & on y fait Commémoraiſon de l'Octave du même Saint, auſſi-bien que des autres Octaves, s'il y en a. Les Vêpres ſont doubles du Saint dont on fait le jour de l'Octave, ainſi qu'elles ſont marquées ci-deſſous.*

*Si l'Octave de Saint Etienne ſe trouve le Dimanche; l'Office du Nom de Jéſus eſt Semi-Double, à trois Nocturnes; & au lieu de la neuvieme Leçon, on dit la ſuivante, qui eſt de Saint Etienne, laquelle on dit à la place de la troiſieme, en tout autre jour que le Dimanche.*

*Leçon 3 ou 9, tirée du jour de l'Octave.*

Cum autem (Stephanus) eſſet plenus Spiritu Sancto, intendens in cœlum vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem à dextris Dei. Et ait: Ecce video cœlos apertos, & filium hominis ſtantem à dextris Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas, & impetum fecerunt unanimiter in eum. Et ejicientes eum extra civitatem lapidabant, & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentes, qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum invocantem, & dicentem: Domine Jeſu ſuſcipe ſpiritum meum. Poſitis autem genibus, clamavit voce magna, dicens: Ne ſtatuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixiſſet, obdormivit in Domino. Saulus autem erat conſentiens neci ejus. Facta eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Jeroſolimis: & omnes diſperſi ſunt per regiones Judeæ & Samariæ, præter Apoſtolos. Curaverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum, &c.

*A LAUDES.*

*Commémoraiſon de Saint Etienne.*

*Ant.* Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat ſigna magna in populo.

℣. Sepeherunt Stephanum viri timorati.

℟. Et fecerunt planctum magnum ſuper eum.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui primitias, &c. *page* 114.

*Comménioraiſon de Saint Jean.*

*Ant.* Iſte eſt Joannes, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit. Beatus Apoſtolus, cui revelata ſunt ſecreta cœleſtia.

℣. Hic eſt Diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet dè his.

℟. Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium ejus.

OREMUS.

ECcleſiam tuam, Domine, benignus illuſtra: ut Beati Joannis Apoſtoli tui & Evangeliſtæ illuminata Doctrinis, ad dona perveniat ſempiterna.

*Comménioraiſon des Saints Innocens.*

*Ant.* Hi ſunt, qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, Virgines enim ſunt, & ſequuntur agnum quocumque ierit.

℣. Herodes iratus occidit multos pueros.

℟. In Bethleem Judæ civitate David.

OREMUS.

DEus cujus hodierna die præconium Innocentes Martyres non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt: omnia in nobis vitiorum mala mortifica: ut fidem tuam, quam lingua noſtra loquitur, etiam moribus vita fateatur.

---

## AUX SECONDES VESPRES,

*Doubles.*

*Ant.* Lapidaverunt Stephanum, & ipſe invocabat Dominum, dicens, ne ſtatuas illis hoc peccatum.

*Pſeaume* 109.

DIxit Dominus Domino meo: * ſede à dextris meis.

Donec ponam, &c. *page* 109.

*Ant.* Lapidaverunt Stephanum, &c.

*Ant.* Lapides torrentis illi dulces fuerunt : ipſum ſequuntur omnes animæ juſtæ.

*Pſeaume* 110.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo :* in conſilio juſtorum, & congregatione.

Magna opera Domini :* exquiſita in omnes voluntates ejus.

Confeſſio & magnificentia opus ejus : * & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.

Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus :* eſcam dedit timentibus ſe.

Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui :* virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo.

Ut det illis hæreditatem gentium :* opera manuum ejus veritas & judicium.

Fidelia omnia mandata ejus, confirmata in ſæculum ſæculi :* facta in veritate & æquitate.

Redemptionem miſit populo ſuo : * mandavit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctum & terribile nomen ejus :* initium ſapientiæ timor Domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum :* laudatio ejus manet in ſæculum ſæculi.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Lapides torrentis, &c.

*Ant.* Adhæſit anima mea poſt te, quia caro mea lapidata eſt pro te, Deus meus.

*Pſeaume* 111.

Beatus vir qui timet Dominum :* in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus :* generatio rectorum benedicetur.

Gloria & divitiæ in domo ejus :* & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.

Exortum eſt in tenebris lumen rectis :* miſericors, & miſerator, & juſtus.

Jucundus homo, qui miſeretur, & commodat,

diſponet ſermones ſuos in judicio. * quia in æternum non commovebitur.

In memoria æterna erit juſtus: * ab auditione mala non timebit.

Paratum cor ejus ſperare in Domino, confirmatum eſt cor ejus: * non commovebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.

Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi: * cornu ejus exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: * deſiderium peccatorum peribit.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Adhæſit anima mea poſt te, &c.

*Ant.* Stephanus vidit cœlos apertos, vidit & introivit. beatus homo cui cœli patebant.

*Pſeaume* 112.

LAudate pueri Dominum: * laudate nomen Domini Sit nomen Domini, &c. *page* 109.

*Ant.* Stephanus vidit cœlos, &c.

*Ant.* Ecce video cœlos apertos, & Jeſum ſtantem à dextris virtutis Dei.

*Pſeaume* 115.

CRedidi propter quod locutus ſum: * ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: * omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino: * pro omnibus quæ retribuit mihi.

Calicem ſalutaris accipiam: * & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus: * pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine quia ego ſervus tuus: * ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea: * tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus: * in atriis domus Domini, in medio tui Jeruſalem.

Gloia Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

*Ant.* Ecce video cœlos apertos, &c.

*Enſuite on fait de Saint Jean*

*Chapitre.* Eccl 15.

QUi timet Deum, faciet bona : & qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam, & obviabit illi quaſi mater honorificata.

*Hymne.*

EXultet cœlum laudibus,
Reſultet terra gaudiis,
Apoſtolorum gloriam
Sacra canunt ſolemnia.

Vos ſæcli juſti judices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces ſupplicum.

Qui cœlum verbo clauditis,
Seraſque ejus ſolvitis,
Nos à peccatis omnibus,
Solvite juſſu quæſumus.

Quorum præcepto ſubditur
Salus & languor omnium :
Sanate ægros moribus,
Nos reddentes virtutibus.

Ut cùm judex advenerit
Chriſtus in fine ſæculi,
Nos ſempiterni gaudii
Faciat eſſe compotes.

Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & Sancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula

℣. Valde honorandus eſt Beatus Joannes.

℟. Qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit.

*A Magnificat, Ant.* Iſte eſt Joannes, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit : Beatus Apoſtolus, cui revelata ſunt ſecreta cœleſtia.

*Cantique de la Vierge.*

MAgnificat : * anima mea Dominum, &c. *page* 113.

*Ant.* Iſte eſt Joannes, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

EEccleſiam tuam, Domine, &c *page* 116.

*Commémoraiſon de S. Etienne.*

*Ant.* Sepelierunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.

℣. Stephanus vidit cœlos apertos.

℟. Vidit & introivit : Beatus homo cui cœli patebant.

ORÉMUS.

Omnipotens ſempiterne Deus, &c. *page* 100.

*Commémoraiſon des Saints Innocens.*

*Ant.* Innocentes pro Chriſto occiſi ſunt, ab iniquo Rege lactentes interfecti ſunt : ipſum ſequuntur agnum ſine macula, & dicunt ſemper, gloria tibi Domine.

℣. Sub Trono Dei omnes Sancti clamant.

℟. Vindica ſanguinem noſtrum Deus noſter.

ORÉMUS.

Deus cujus hodierna die, &c *page* 116

*On finira, ſans d'autre Commémoraiſon.*

*Si l'Octave de Saint Jean ſe trouve le Dimanche, l'Office du Nom de Jéſus ſera Semi-Double, & à trois Nocturnes, & au lieu de la neuvieme Leçon, on dira la ſuivante, qui eſt de Saint Jean, laquelle on dira au lieu de la troiſieme, en tout autre jour que le Dimanche.*

*Leçon 3 ou 9, tirée du jour de la Fête.*

Ex Libro Sancti Hieronimi Presbiteri, de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Joannes Apoſtolus, quem Jeſus amavit plurimum, Filius Zebedei, frater Jacobi Apoſtoli, quem Herodes poſt Paſſionem Domini decollavit, noviſſimus omnium ſcripſit Evangelium, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis adverſus Corinthum, aliosque Hæreticos : Et maximæ tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe : Unde & compulſus eſt divinum ejus Nativitatem edicere. Quarto-decimo igitur annos, ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano, in palmos inſulam relegatus, ſcripſit Apocalypſim, quam Interpretatus Juſtinus Martyr & Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & Actis ejus ob nimiam crudelitatem à Senatu reſciſſis, ſub nerva principe redit Epheſum : Ibique uſque ad Trajanum principem perſeverans, totas Aſiæ fundavit, rexitque Eccleſias ; & confectus ſenio, ſexageſimo-octavo poſt

Paſſionem Domini anno mortuus eſt, juxta eamdem urbem ſepultus eſt. Tu autem Domine, miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus.

### *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de Saint Jean.*

*Ant.* Iſte eſt Joannes, &c.

℣. Hic eſt Diſcipulus ille, &c. ℟. Et ſcimus quia, &c.

OREMUS.

E Eccleſiam tuam, &c *page* 116.

*Commémoraiſon des Saints Innocens.*

*Ant.* Hi ſunt qui cum mulieribus, &c.

℣. Herodes iratus, &c. ℟. In Bethleem Judæ, &c.

OREMUS.

DEus cujus hodierna die, &c. *page* 116.

---

## AUX SECONDES VESPRES.

*Doubles.*

*Ant* Valde honorandus eſt Beatus Joannes, qui ſupra pectus Domini in Cœna recubuit.

*Pſeaume* 109.

DIxit Dominus Domino meo : * ſede à dextris meis, &c *page* 109.

*Ant.* Valde honorandus eſt, &c.

*Ant.* Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus.

*Pſeaume* 112.

LAudate pueri Dominum : * laudate nomen Domini, &c. *page* 109.

*Ant.* Hic eſt diſcipulus ille, &c.

*Ant.* Hic eſt diſcipulus meus : ſic eum volo manere donec veniam.

*Pſeaume* 115.

CRedidi propter quod locutus ſum : * ego autem humiliatus ſum nimis, &c *page* 118.

*Ant* Hic eſt diſcipulus meus, &c.

*Ant.* Sunt de hic ſtantibus, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis in regno ſuo.

*Pſeaume 125.*

IN convertendo Dominus captivitatem Sion : * facti ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum : * & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes : * magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiſcum : * facti ſumus lætantes.

Converte, Domine, captivitatem noſtram : * ſicut torrens in auſtro.

Qui ſeminant in lacrymis : * in exultatione metent.

Euntes ibant & flebant : * mittentes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum exultatione : * portantes manipulos ſuos.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Sunt de hic ſtantibus, &c.

*Ant.* Ecce puer meus electus, quem elegi, poſui ſuper eum Spiritum meum.

*Pſeaume 138.*

DOmine, probaſti me, & cognoviſti me : * tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.

Intellexiſti cogitationes meas de longe : * ſemitam meam, & funiculum meum inveſtigaſti.

Et omnes vias meas prævidiſti. * quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce, Domine, tu cognoviſti omnia, noviſſima, & antiqua : * tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Mirabilis facta es ſcientia tua ex me : * confortata eſt, & non potero ad eam.

Quo ibo à ſpiritu tuo ? * & quo à facie tua fugiam ?

Si aſcendero in cœlum, tu illic es : * ſi deſcendero in infernum, ades.

Si ſumpſero pennas meas diluculo : * & habitavero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me : * & tenebit me dextera tua.

Et dixi : forſitan tenebræ conculcabunt me : * & nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur : * ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu poſſediſti renes meos : * ſuſcepiſti me de utero matris meæ.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es : * mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.

Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto * & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur : * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus.* nimis confortatus eſt principatus eorum.

Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur :* exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occideris, Deus, peccatores. * viri ſanguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione : * accipient in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te, Domine, oderam : * & ſuper inimicos tuos tabeſcebam ?

Perfecto odio oderam illos : * & inimici facti ſunt mihi.

Proba me, Deus, & ſcito cor meum : * interroga me, & cognoſce ſemitas meas.

Et vide : ſi via iniquitatis in me eſt : * & deduc me in via æterna.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Ecce puer meus electus, &c.

*Le Chapitre.* Qui timet Deum, &c. Exultet cœlum, &c. ℣. Valde honorandus, &c. *& le* ℟. Qui ſupra pectus, &c. *page* 119.

*A Magnificat, Ant.* Exiit ſermo inter fratres, quod diſcipulus ille non moritur · & non dixit Jeſus, non moritur : ſed, ſic eum volo manere, donec veniam.

*Cantique de la Vierge.*

Magnificat: anima mea Dominum, &c. *page* 113.

*Ant.* Exiit ſermo inter fratres, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

*Oremus* Eccleſiam tuam, Domine, benignus illuſtra, &c. *page* 116.

*Commémoraiſon des Saints Innocens.*

*Ant.* Hi ſunt qui cum mulieribus, &c.

℣. Herodes iratus, &c. ℟ In Bethleem, &c.

*Oremus.* Deus cujus hodierna die, &c.

*Sans aucune autre Commémoraiſon.*

*Si l'Octave des Saints Innocens ſe trouve le Dimanche, l'Office du Nom de Jéſus ſera Semi-Double, à trois Nocturnes, & au lieu de la neuvieme Leçon, on dira la ſuivante, qui eſt des Saints Innocens, laquelle on dira au lieu de la troiſieme, en tout autre jour que le Dimanche.*

*Leçon 3. ou 9.*

Sermo Sancti Auguſtini Epiſcopi. *Serm.* 1. *Innocent.*

NAſcente Domino luctus cœpit, non cœlo ſed mundo. Indicitur matribus lamentatio, Angelis exultatio, infantibus tranſmigratio. Deus eſt, qui natus eſt: Innocentes illi dentur victimæ, qui venit damnare mundi malitiam. Angeli debentur immolari, quia agnus futurus eſt crucifigi, qui tollit peccata mundi. Sed oves ululant matres, quia agnos perdunt ſine voce balantes. Grande Martyrium, crudele ſpectaculum. Eximitur machæra, & nulla intervenit cauſa: Sola ſtridet invidia, cum qui natus eſt, nulli faciat violentiam. Sed oves cernimus matres, quæ ſuper agnos lugent. Vox in rama audita eſt, ploratus & ululatus magnus. Pignora ſunt non credita, ſed creata: non depoſita, ſed expoſita. Teſtis eſt ipſa natura, quæ pugnabat in Martyres, cum Tyrannus jactaret infantes. Mater crines capitis diſſipabat, quæ ornamentum capitis amittebat. Quantis modis infantem volebat abſcondere, & ipſe ſe infantulus publicabat! Neſciebat tacere, quia needum didicerat formidare: pugnabat mater, & carnifex: ille trahebat, illa tenebat. Ad carnificem mater clamabat;

quid ſeparas à me, quem genui ex me? Uterus genuit, non manſit ille, cum vixit, ubera mea fruſtra lacte contorquens. Caute portavi, quem à te video manu crudeli jactari. Modo eum effuderunt viſcera mea, & tu elidis ad terram. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

## *A LAUDES.*

*On fera Commémoraiſon des Saints Innocens.*

*Ant.* Hi ſunt qui cum mulieribus, &c.

℣. Herodes iratus, &c. ℟. In Bethleem Judæ, &c.

*Oremus.* Deus cujus hodierna, &c. *page* 120.

*Sans autre Commémoraiſon.*

---

## AUX SECONDÉS VESPRES.

*Doubles.*

*Ant.* Herodes iratus occidit multos pueros in Bethleem Judæ civitate David.

*Pſeaume* 109.

Dixit Dominus Domino meo, *page* 109.

*Ant.* Herodes iratus, &c.

*Ant.* Abimatu & infra occidit multos pueros Herodes propter Dominum.

*Pſeeume* 110.

Confitebor tibi Domine, &c. *page* 117.

*Ant.* Abimatu & infra, &c.

*Ant.* Angeli eorum ſemper vident faciem patris.

*Pſeaume* 111.

Beatus vir qui timet Dominum, &c. *idem.*

*Ant* Angeli eorum, &c.

*Ant.* Vox in rama audita eſt, ploratus & ululatus: Rachel plorans filios ſuos.

*Pſeaume* 112.

Laudate pueri Dominum, &c. *page* 109.

*Ant.* Vox in rama, &c.

*Ant.* Sub Trono Dei omnes Sancti clamant: vindica ſanguinem noſtrum Deus noſter.

*Pſeaume* 115.

Credidi propter quod locutus ſum, &c. *page* 118.

*Ant.* Sub Trono, &c

*Chapitre.* Apocalip. 14.

VIdi ſupra montem Sion agnum ſtantem, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen ejus, & nomen ejus, & nomen patris ejus ſcriptum in frontibus ſuis. ℟. Deo gratias.

*Hymne.*

SAlvete flores Martyrum,
Quos lucis ipſo in limine,
Chriſti inſecutos ſuſtulit,
Ceu turbas naſcentes roſas:
Vox prima Chriſti victima,
Grex immolatorum tenes
Aram ante ipſam ſimplices
Palma & coronis luditis.
Gloria tibi Domine,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre & Sancto Spiritu,
In ſæculorum ſæcula.
Amen.

℣. Sub Trono Dei omnes Sancti clamant.

℟. Vindica ſanguinem noſtrum qui effuſus eſt.

*A Magnificat, Ant.* Innocentes pro Chriſto infantes occiſi ſunt, ab iniquo Rege lactantes interfecti ſunt: ipſum ſequuntur agnum ſine macula, & dicunt ſemper: gloria tibi Domine.

*Cantique de la Vierge.*

Magnificat, anima mea Dominum, &c. *page* 113.

*Ant.* Innocentes pro Chriſto, &c.

*Oremus.* Deus cujus hodierna die, &c. *page* 116.

*Commémoraiſon de la Vigile de l'Epiphanie.*

*Ant.* Puer Jeſus proficiebat ætate & ſapientia coram Deo & hominibus.

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare ſuum alleluia.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus dirige actus noſtros in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare.

*Commémoraiſon de S. Theleſphore, Pape & Martyr.*

*Ant.* Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certavit uſque ad

mortem & à verbis impiorum non timuit ; fundatus enim erat ſupra firmam Petram.

℣. Gloria & honore coronaſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

OREMUS.

DEus, qui nos Beati Teleſphori Martyris tui atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas, concede propitius, ut cujus natalitia colimus, de ejuſdem etiam protectione gaudeamus.

*Si la Vigile de l'Epiphanie ſe trouve le Dimanche, l'Office du Nom de Jéſus ſera Semi-Double, & à trois Nocturnes, & au lieu de la neuviéme Leçon, on dira la ſuivante, laquelle on dira au lieu de la troiſiéme, en tout autre jour que le Dimanche.*

*Le Lecteur,* ℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction, lorſque Matines eſt à trois Nocturnes; le Recteur :* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

*Mais lorſque Matines ne ſont qu'à un Nocturne, & que ce ſoit le troiſiéme, on dira la même Bénédiction, que lorſque l'Office eſt à trois Nocturnes; mais ſi c'eſt le premier ou ſecond Nocturne, alors la Bénédiction ſera la ſuivante.*

*Bénédiction. Le Recteur.* Evangelica Lectio ſit nobis ſalus & protectio. ℟. Amen.

*Leçon 3. ou 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Matthæum. *Chap. 2.*

IN illo tempore : Defuncto Herode · Ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Joſeph in Ægypto, dicens · ſurge, & accipe puerum, & matrem ejus : & vade in terram Iſrael. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronimi Presbyteri. *Lib. 1. Comment. in c. 2. Matth*

EX hoc loco intelligimus non ſolum Herodem, ſed & Sacerdotes & Scribas eodem tempore necem Domini fuiſſe meditatos. Qui ſurgens accepit puerum, & matrem ejus non dixit : Accepit Filium ſuum & uxorem ſuam ; Sed puerum & matrem ejus : quaſi nutri-

tius, & non maritos. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

### *A LAUDES.*

*Pour la Comméroraiſon de la Vigile.*

*Ant.* Dum medium ſilentium tenerent omnia, & nox in ſuo curſu medium iter peragerer, omnipotens ſermo tuus Domine à regalibus ſedibus venit, Alleluia.

℣. Verbum caro factum eſt, allelia.

℟. Et habitavit in nobis, alleluia.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus dirige actus noſtet in beneplacito tuo: ut in nomine dilecti filii tui mereamur bonis operibus abundare.

*Pour la Commémoraiſon de Saint Teleſphore.*

*Ant.* Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Juſtus ut palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

OREMUS.

DEus, qui nos Beati Teleſphori Martyris tui atque Pontificis annua ſolemnitate lætificas, concede propitius, ut cujus natalitia colimus, de ejuſdem etiam protectione gaudeamus.

---

## POUR LA FESTE DE L'EPIPHANIE,

*Aux premieres Vêpres. Doubles.*

*Ant.* Ante luciferum genitus & ante ſæcula, Dominus ſalvator noſter hodie mundo apparuit,

*Pſeaume* 109.

Dixit Dominus Domino meo, &c. *page* 109.

*Ant.* Ante luciferum, &c.

*Ant.* Venit lumen tuum Jeruſalem, & gloria Domini ſuper te orta eſt, & ambulabunt gentes in lumine tuo, alleluia.

*Pſeaume* 110.

Confitebor tibi Domine, &c. *page* 117.

*Ant.* Venit lumen tuum, &c.

*Ant.*

*Ant.* Apertis theſauris ſuis obtulerunt magi Domino Aurum, Thus, & Myrrham, alleluia.

*Pſeaume* 111.

Beatus vir qui timet, &c. *idem.*

*Ant.* Apertis theſauris, &c.

*Ant.* Maria & flumina benedicite Domino: hymnum dicite fontes Domino, alleluia.

*Pſeaume* 112.

Laudate pueri Dominum, &c. *page* 109.

*Ant.* Maria & flumina, &c.

*Ant.* Stella iſta ſicut flamma corruſcat, & Regem Regum Deum demonſtrat: magi eam viderunt, & magno Regi munera obtulerunt.

*Pſeaume* 116

LAudate Dominum omnes gentes: * laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: * & veritas Domini manet in æternum.

Gloria Patri, &c.

*Ant.* Stella iſta, &c.

*Chapitre.* Iſaie 60.

SUrge, illuminare Jeruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. ℟. Deo gratias.

*Hymne.*

HOſtis Herodes impie,
Chriſtum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cæleſtia.

Ibant magi quam viderant,
Stellam ſequentes prævium,
Lumen requirunt lumine,
Deum fatentur munere.

Lavacra puri gurgitis,
Cæleſtis agnus attigit
Peccata, quæ non detulit,
Nos abluendo ſuſtulit.

Novum genus potentiæ
Aquæ rubeſcunt hydriæ
Vinumque juſſa fundere,
Mutavit unda originem.

Gloria tibi Domine,
Qui apparuiſti hodie,
Cum Patre & Sancto Spiritu,
In ſempiterna ſæcula.

℣. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent.

℟. Reges Arabum & Saba dona adducent.

*A Magnificat, Ant.* Magi videntes ſtellam, dixerunt ad invicem : Hoc ſignum magni Regis eſt ; eamus & inquiramus eum, & offeramus ei munera, aurum, thus, & myrrham, alleluia.

*Cantique de Marie.*

Magnificat : anima mea Dominum, *page* 113.

*Ant.* Magi videntes Stellam, &c.

OREMUS.

DEus, qui hodierna die unigenitum tuum gentibus ſtella duce revelaſti : concede propitius, ut qui jam te ex fide cognovimus, uſque ad contemplandam ſpeciem tuæ celſitudinis perducamur Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*A MATINES. Doubles.*

*Au lieu de la neuvieme Leçon, on dira la ſuivante.*

*Le Lecteur.* ℣. Jube domne benedicere.

*Le Recteur dit la Bénediction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

*Leçon 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Matthæum. *Chap.* 2.

CUm natus eſſet Jeſus in Bethleem Juda in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente venerunt Jeroſolymam, dicentes : ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum ? Et reliqua.

Homilia S. Gregorii Papæ. *Hom.* 10. *in Evang.*

SIcut in Lectione Evangelica, fratres chariſſimi, audiſtis, cœli Rege nato Rex terræ turbatus eſt. Quia nimirum terrena altitudo confunditur, cum celſitudo cœleſtis aperitur. Sed quærendum nobis eſt, quidnam ſit, quod redemptore nato, Paſtoribus in Judæa Angelus apparuit, atque ad adorandum hunc ab oriente Magos non Angelus, ſed ſtella perduxit ? Quia videlicèt Judæis, tanquam ratione utentibus, rationale animal id eſt, Angelus prædicare debuit : Gentiles vero, quia uti ratione neſciebant, ad cognoſcendum Dominum non per vocem, ſed ſigna perducantur. Unde etiam

per Paulum dicitur : Prophetiæ fidelibus datæ ſunt, non infidelibus : Signa autem infidelibus, non fidelibus. Quia & illis Prophetiæ tanquam fidelibus, non infidelibus, & iſtis ſigna, tanquam infidelibus, non fidelibus data ſunt. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus.

## *A LAUDES.*

*Pour la Commémoraiſon de l'Epiphanie.*

*Ant.* Hodie cœleſti ſponſo, juncta eſt Eccleſia, quoniam in jordane lavit Chriſtus ejus crimina : currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias, & ex aqua facto vino lætantur convivæ, alleluia.

℣. Adorate Deum, alleluia

℟. Omnes Angeli ejus, alleluia.

*Oremus.* Deus, qui hodierna die unigenitum, &c. *page* 130.

## *AUX SECONDES VESPRES.*

*Les Antiennes, & les Pſeaumes, comme aux premieres, excepté le dernier Pſeaume, qui ſera le ſuivant.*

*Pſeaume* 113.

IN exitu Iſraël de Ægypto : * domus Jacob de populo barbaro.

Facta eſt Judæa ſanctificatio ejus : * Iſrael poteſtas ejus.

Mare vidit, & fugit : * Jordanis converſus eſt retrorſum.

Montes exultaverunt ut arietes : * & colles ſicut agni ovium.

Quid eſt tibi mare, quod fugiſti : * & tu Jordanis, quia converſus es retrorſum ?

Montes exultaſtis ſicut arietes : * & colles ſicut agni ovium.

A facie Domini mota eſt terra : * à facie Dei Jacob.

Qui convertit petram in ſtagna aquarum : * & rupem in fontes aquarum.

Non nobis, Domine, non nobis : * ſed nomini tuo da gloriam.

Super miſericordia tua & veritate tua : * nequandò dicant gentes, ubi eſt Deus eorum ?

Deus autem noſter in cœlo : * omnia quæcumque voluit fecit.

Simulacra Gentium argentum & aurum : * opera manuum hominum.

Os habent & non loquentur : * oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient : * nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & non palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt. * non clamabunt in gutture ſuo.

Similes illis fiant qui faciunt ea : * & omnes qui confidunt in eis.

Domus Iſraël ſperavit in Domino : * adjutor eorum & protector eorum eſt.

Domus Aaron ſperavit in Domino : * adjutor eorum, & protector eorum eſt.

Qui timent Dominum, ſperaverunt in Domino : * adjutor eorum, & protector eorum eſt.

Dominus memor fuit noſtri ; * & benedixit nobis.

Benedixit domui Iſrael : * benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent Dominum, * puſillis cum majoribus.

Adjiciat Dominus ſuper vos : * ſuper vos, & ſuper filios veſtros.

Benedicti vos à Domino ; * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Domino : * terram autem dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te Domine : * neque omnes qui deſcendunt in infernum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino : * ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

*Gloria Patri, & Filio, &c.*

*Chapitre.* Surge illuminare, &c. *L'Hymne,* Hoſtis Herodes impie, &c. ℣. Reges Tharſis, &c. ℟. Reges Arabum, &c. *page* 129.

*A Magnificat, Ant.* Tribus miraculis ornatum diem ſanctum colimus: hodie ſtella Magos duxit ad præſepium: hodie vinum ex aqua factum eſt ad nuptias: hodie in Jordane à Joanne Chriſtus baptiſari, voluit, ut ſalvaret nos, alleluia.

Magnificat: anima mea Dominum, &c. *page* 113

*Ant* Tribus miraculis, &c.

*Oremus.* Deus qui hodierna die unigenitum, &c. *page* 130.

*Pour le ſeptieme jour de l'Octave de la Circonciſion, Semi-Double.*

*A Matines, l'Office à un Nocturne: on dira pour troiſieme Leçon, celle qui fut dite hier à la place de la neuvieme.*

*Le Lecteur.* ℣. Jube domne benedicere.

*Si l'on dit le premier ou ſecond Nocturne, alors le Recteur dira cette Bénédiction:* Evangelica Lectio ſit nobis ſalus & protectio

*Mais ſi c'eſt le troiſieme Nocturne qu'on dit, alors le Recteur dira la Bénédiction ſuivante:* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

*Leçon 3.*

Lectio Sancti Evangelii ſecundùm Matthæum.

Cum natus eſſet Jeſus in Bethleem, &c. *page* 130.

## *A LÀUDES.*

*Pour la Commémoraiſon de l'Epiphanie.*

*Ant.* Ab oriente venerunt Magi in Bethleem adorare Dominum & apertis theſauris ſuis, pretioſa munera obtulerunt: aurum, ſicut Regi magno: thus ſicut Deo vero, myrrham ſepulturæ ejus, alleluia.

℣. Adorate Deum, allel. ℟. Omnes Angeli ejus, allel.

*Oremus.* Deus qui hodierna die, &c. *page* 130.

*Si le lendemain des Rois, ou ſeptieme jour de l'Octave de la Circonciſion, ſe trouve le Dimanche, alors l'Office ſera Semi-Double, à trois Nocturnes, & dans ce cas, la neuvieme Leçon ſera celle qui ſuit.*

*Le Lecteur.* ℣. Jube domne benedicere.

*La Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen. *Leçon 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Lucam. *Chap.* 2.

CUm factus eſſet Jeſus annorum duodecim, aſcendentibus illis Jeroſolyman ſecundum conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque diebus, cum redirent, remanſit puer Jeſus in Jeruſalem. Et reliqua.

Homilia Sancti Ambroſii Epiſcopi. *Lib.* 2. *in Cap.* 2. *Luc. in fine.*

A Duodecimo anno, ut legimus, Dominicæ ſumitur diſputationis exordium. Hic enim prædicandæ fidei Evangeliſantium numerus debebatur. Nec otioſe immemor ſuorum ſecundùm carnem parentum, qui ſecundùm carnem utique ſapientia Dei implebatur & gratia, poſt triduum reperitur in Templo : ut eſſet indicio, quia poſt triduum triumphalis illius Paſſionis, in ſede cœleſti, & honore divino, fidei noſtræ ſe ſuſcitatus offerret, qui mortuus credebatur. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum, &c.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon du Dimanche.*

*Ant.* Remanſit puer Jeſus in Jeruſalem, & non cognoverunt parentes ejus, exiſtimantes illum eſſe in comitatu, & requirebant eum inter cognatos & notos.

℣. Adorate Deum, alleluia.

℟. Omnes Angeli ejus, alleluia.

OREMUS.

VOta quæſumus, Domine, ſupplicantis populi cœleſti pietate proſequere : ut & quæ agenda ſunt, videant : & ad implenda, quæ viderint convaleſcant.

*Commémoraiſon de l'Epiphanie.*

*Ant.* Hodie cœleſti ſponſo juncta eſt Eccleſia quoniam in Jordane lavit Chriſtus ejus crimina : currunt cum muneribus Magi ad regales nuptias : & ex aqua facto vino lætantur convivæ, alleluia.

℣ Omnes de Saba venient, alleluia.

℟ Aurum & Thus deferentes, alleluia.

*Oremus.* Deus qui hodierna die, &c. *page* 130.

## AUX SECONDES VESPRES,

*Semi-Doubles, du Dimanche dans l'Octave des Rois.*

*On dira les mêmes Antiennes & Pſeaumes, qu'aux ſecondes Vêpres de l'Epiphanie.*

*Chapitre.* Rom. 12.

FRatres, obſecro vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationabile obſequium veſtrum, ℟. Deo gratias.

*Hymn.* Hoſtis Herodes impie, &c. 129.

℣. Reges Tharſis & inſulæ munera offerent.

℟. Reges Arabum & Saba dona adducent.

*A Magnificat, Ant.* Fili, quid feciſti nobis ſic? Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis quia in iis, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe.

*Cantique de Marie.*

Magnificat · anima mea Dominum, &c. *page* 113.

*Ant.* Fili, quid feciſti nobis ſic, &c.

*Oremus.* Vota quæſumus, Domine, &c. *page* 134.

*Commémoraiſon de l'Epiphanie.*

*Ant.* Tribus miraculis ornatum diem ſanctum colimus · hodie ſtella Magos duxit ad præſepium · hodie vinum ex aqua factum eſt ad nuptias · hodie in Jordane à Joanne Chriſtus baptiſari voluit, ut ſalvaret nos, alleluia.

℣. Omnes de Saba venient, alleluia.

℟. Aurum & Thus deferentes, alleluia.

*Oremus.* Deus qui hodierna die, &c. *page* 130.

## POUR LE JOUR DE L'OCTAVE,

*L'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, à la place de la neuvième Leçon, on dira la même du jour des Rois, page* 130.

## *A LAUDES.*

*La Commémoraiſon de l'Epiphanie ſera celle qui ſuit.*

*Ant.* Tria ſunt munera quæ obtulerunt Magi Domi-

no, aurum, thus & myrrham, Filio Dei, Regi magno, alleluia.

℣ Adorate Deum, alleluia.

℟. Omnes Angeli ejus, alleluia.

*Oremus.* Deus qui hodierna die, &c. *page* 130.

*Si le jour de l'Octave ſe trouve le Dimanche, alors, pour la neuvieme Leçon, au lieu de celle de l'Evangile du jour de l'Epiphanie, on dira celle du Dimanche dans l'Octave de l'Epiphanie, page* 134.

*Et à Laudes, on dira auſſi les Commémoraiſons marquées à la même page.*

*Et les Vêpres ſeront auſſi comme elles ſont marquées à la page* 135.

*Pour la Fête du Saint Nom de Jéſus, qui eſt toujours le Dimanche après l'Octave des Rois, l'Office ſera Double, à trois Nocturnes; & à Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dira la ſuivante, qui eſt du ſecond Dimanche après les Rois.*

*Le Lecteur* ℣. Jube domne benedicere.

*La Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟ Amen.

Lectio Sancti Evangelii ſecundùm Joannem. *Chap* 2.

IN illo tempore: nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat mater Jeſu ibi. Vocatus eſt autem & Jeſus, & Diſcipuli ejus ad nuptias Et reliqua.

Homilia Sancti Auguſtini Epiſcopi. *Tract. 9. in Joan. poſt initium.*

QUod Dominus invitatus venit ad nuptias, etiam excepta myſtica ſignificatione, confirmare voluit quod ipſe fecit nuptias: Futuri enim erant, de quibus dixit Apoſtolus, prohibentes nubere, & dicentes quod malum eſſent nuptiæ, & quod diabolus eas feciſſet. Cum idem Dominus dicat in Evangelio, interrogatus utrum liceat homini dimittere uxorem ſuam ex qualibet cauſa, non licere, excepta cauſa fornicationis In qua reſponſione, ſi meminiſtis, hoc ait Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

## A LAUDES.

### *Commémoraiſon du Dimanche.*

*Ant.* Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ, & erat ibi Jeſus cum Maria matre ſua.

℣. Dominus regnavit decorem induit.

℞. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſé virtute.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui cœleſtia ſimul, & terrena moderaris, ſupplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam noſtris concede temporibus. Per Dominum, &c.

---

## AUX SECONDES VESPRES,

### *Doubles.*

*Ant.* Omnis qui invocaverit nomen Domini ſalvus erit. *Pſeaume* 109.

Dixit Dominus Domino meo, &c. *page* 109.

*Ant.* Omnis qui, &c.

*Ant.* Sanctum & terribile nomen ejus : initium ſapientiæ timor Domini.

*Pſeaume* 110.

Confitebor tibi Domine, &c. *page* 117.

*Ant.* Sanctum & terribile, &c.

*Ant.* Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jeſu meo.

*Pſeaume* 111.

Beatus vir qui timet Dominum, &c. *idem.*

*Ant.* Ego autem in Domino, &c.

*Ant.* A ſolis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen Domini.

*Pſeaume* 112.

Laudate pueri Dominum, &c. *page* 109.

*Ant.* A ſolis ortu, &c.

*Ant.* Sacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.

*Pſeaume* 115.

Credidi propter quod locutus ſum, &c. *page* 118.
*Ant.* Sacrificabo, &c.

*Chapitre.* Ad Philip. 2.

FRatres, Chriſtus humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod, & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Jeſu omne genufle&tatur. ℟. Deo gratias:

*Hymne.*

JEſu dulcis memoria,
Dans vera cordis gaudia,
Sed ſuper mel & omnia,
Ejus dulcis præſentia.

Nil canitur ſuavius,
Nil auditur jucundius,
Nil cogitatur dulcius,
Quam Jeſus Dei Filius.

Jeſu ſpes pœnitentibus
Quam pius es petentibus!
Quam bonus te quærentibus!
Sed quid invenientibus.

Nec lingua valet dicere,
Nec littera exprimere
Expertus poteſt credere,
Quid ſit Jeſum diligere.

Sit Jeſu noſtrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
Sit noſtra in te gloria,
Per cuncta ſemper ſæcula.
Amen.

℣. Sit nomen Domini Benedictum, alleluia.
℟. Ex hoc nunc & uſque in ſæculum, alleluia.

*A Magnificat, Ant.* Vocabis nomen ejus Jeſum, ipſe enim ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum, alleluia.

*Cantique de Marie.*

Magnificat anima mea Dominum, &c. *page* 113.
*Ant.* Vocabis nomen ejus, &c.

## OREMUS.

DEus, qui unigenitum Filium tuum conſtituiſti humani generis ſalvatorem, & Jeſum vocari juſſiſti: concede propitius, ut cujus ſanctum nomen veneramur in terris, ejus quoque aſpectu perfruamur in cœlis, Per eumdem Dominum noſtrum, &c.

*Commémoraiſon du Dimanche.*

*Ant.* Deficiente vino, juſſit Jeſus impleri hydrias aqua, quæ in vinum converſa eſt, alleluia.

℣. Dirigatur Domine oratio mea.

℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

*Oremus.* Omnipotens ſempiterne, &c. *page* 137.

*L'Office pour le Mardi-Gras, Semi-Double.*

*A Matines, on ne dira que le premier Nocturne, à la fin duquel il n'y aura pas de* Te Deum.

*A Laudes il n'y a aucune Commémoraiſon particuliere.*

*L'Office pour le premier Mardi du Carême, Semi-Double.*

*A Matines, on ne dira que le ſecond Nocturne; & au lieu de la troiſieme Leçon, on dira l'Homelie de la Férie, qui eſt la ſuivante.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Evangelica Lectio ſit nobis ſalus & protectio. ℟. Amen. *Leçon 3.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm *Matthæum. Chap.* 21.

IN illo tempore: cum intraſſet Jeſus Jeroſolymam, commota eſt univerſa civitas, dicens: quis eſt hic? Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Præsbyteri. 7 *in Quadrag. Tom.* 7.

QUod maledicendo ficum infructuoſam per figuram fecit Dominus, hoc idem mox apertius oſtendit, ejiciendo improbos è Templo. Neque enim aliquid peccavit arbor, quod eſuriente Domino poma non habuit, quorum necdum tempus advenerat: Sed peccavere Sacerdotes, qui in domo Domini negotia ſæcularia gerebant, & fructum pietatis, quem debuerant, quemque in eis Dominus eſuriebat, ferre ſuper ſederant, areſecit Dominus arborem maledicto, ut homines hæc videntes, ſive audientes, multo Magis intelligerent ſeſe divino condemnandos eſſe judicio, ſi abſque operum fructu de plauſu tantum ſibi religioſi ſermonis, velut de ſonitu & tegumento blandirentur viridantium foliorum. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. *Il n'y a point de* Te Deum.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Férie.*

*Ant.* Intravit Jeſus in Templum Dei, & ejiciebat omnes vendentes & ementes, & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas evertit.

℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te,

℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

OREMUS.

Reſpice, Domine, familiam tuam, & præſta: ut apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat, quæ ſe carnis maceratione caſtigat. Per Dominum noſtrum, &c.

*L'Office pour le ſecond Mardi de Carême.*

Semi-Double.

*A Matines, on ne dira que le troiſieme Nocturne; & au lieu de la troiſieme Leçon dudit Nocturne, on dira la ſuivante.*

℣ Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta, deleantur noſtra delicta. ℟. Amen. *Leçon 3.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Matthæum. *Chap.* 23.

In illo tempore: locutus eſt Jeſus ad turbas, & ad Diſcipulos ſuos, dicens: ſuper cathedram Moïſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite: ſecundùm opera vero eorum nolite facere. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronimi Presbiteri. *Lib.* 4. *Comment. in Cap.* 23. *Math.*

Quid manſuetius, quid benignius Domino? Tentatur à Phariſæis, confringuntur inſidiæ eorum, & ſecundùm pſalmiſtam, ſagitta parvulorum factæ ſunt plagæ eorum: Et nihilominùs propter Sacerdotium & nominis dignitatem hortatur populos, ut ſubjiciantur eis, non opera, ſed Doctrinam conſiderantes. Quod autem ait: Super Cathedram Moïſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: Per Cathedram, Doctrinam legis oſtendit: Ergo & illud quod dicitur in pſalmo, in Cathedra peſtilentiæ non ſedit: Et Cathedras vendentium columbas evertit: Doctrinas debemus accipere. Tu autem

Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. *Il n'y a pas de* Te Deum ; *mais à ſa place, on dira le* ℟. 9, *qu'on trouvera à la ſuite du* Te Deum, *page* 88.

## *A LAUDES.*

*Commémoration de la Férie.*

*Ant.* Ecce aſcendimus Jeroſolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum.

℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te.

℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

OREMUS.

POpulum tuum, quæſumus, Domine, propitius reſpice: & quos ab eſu carnalibus præcipis abſtinere, à noxiis quoque vitiis ceſſare concede. Per Dominum.

*L'Office pour le troiſieme Mardi de Carême.*

Semi-Double.

*A Matines, on dira ſeulement le premier Nocturne; & au lieu de la troiſieme Leçon, on dira la ſuivante, qui eſt l'Homelie de la Férie.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Evangelica Lectio ſit nobis ſalus & protectio. ℟. Amen. *Leçon 3.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Matthæum. *Chap.* 18.

IN illo tempore dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: ſi peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipſum ſolum. Et reliqua.

Homilia Sancti Auguſtini Epiſcopi. *Serm. 16. de verbis Domini, Tom. 11. poſt init.*

QUare illum corripis? Quia tu doles, quod peccaverit in te? Abſit. Si amore tui id facis, nihil facis: ſi amore illius facis, optime facis. Denique in ipſis verbis attende, cujus amore id facere debeas, utrum tui, an illius. Si te audierit inquit, lucratus es fratrem tuum. Ergo propter illum fac, ut lucreris illum. Sic faciendo lucraris: Niſi feciſſes, perierat. Quid eſt ergo, quod plerique homines iſta peccata contemnunt, & dicunt; quid magnum feci? In hominem peccavi. Noli contemnere. In hominem peccaſti. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. *Il n'y a pas de* Te Deum.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Férie.*

*Ant.* Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram; de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo, dicit Dominus.

℣. Angelis ſuis Deus mandavit de te.

℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.

OREMUS.

Exaudi nos omnipotens & miſericors Deus; & continentiæ ſalutaris propitius nobis dona concede. Per Dominum, &c.

*L'Office pour le quatrieme Mardi de Carême,*

Semi - Double.

*A Matines, on ne dira que le ſecond Nocturne: & au lieu de la troiſieme Leçon de ce Nocturne, on dira la ſuivante, qui eſt l'Homelie de la Férie.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction* Evangelica Lectio ſit nobis ſalus & protectio. ℟. Amen. *Leçon 3.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Joannem *Chap. 7.*

In illo tempore: jam die feſto mediante, aſcendit Jeſus in Templum, & docebat, & mirabantur Judæi. Et reliqua

Homilia Sancti Auguſtini Epiſcopi *Tract. 29. in Joan. ſub init.*

Ille qui latebat, docebat, & palam loquebatur, & non tenebatur. Illud enim ut lateret, erat cauſa exempli hoc poteſtatis? Sed cum doceret, mirabantur Judæi. Omnes quidem, quantum arbitror, mirabantur, ſed non omnes convertebantur. Et unde admiratio? Quia multi noverant ubi natus, quemadmodùm fuerit educatus. Nunquam eum viderant litteras diſcentem: Audiebant autem de lege diſputantem, legis teſtimonium proferentem, quæ nemo poſſet proferre, niſi legiſſet, nemo legere, niſi litteras didiciſſet: & ideo mirabantur. Eorum autem admiratio, magiſtro facta eſt inſinuandæ altius veritatis occaſio. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias.

*Il n'y a pas de* Te Deum ; *mais à ſa place on dira le troiſieme Répons de ce Nocturne.*

### *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Férie.*

*Ant.* Quid me quæritis interficere, hominem qui vera locutus ſum vobis.

℣. Angelis ſuis mandavit de te.

℟. Ut cuſtodiant te in omnibus viis ſuis.

### OREMUS.

SAcræ nobis, quæſumus, Domine, obſervationis jejunia, & piæ converſationis augmentum, & tuæ propitiationis continuum præſtent auxilium. Per Dominum.

*L'Office pour le cinquieme Mardi de Carême, ou dans la ſemaine de la Paſſion. Semi-Double.*

*A Matines, on ne dira que le troiſieme Nocturne ; & au lieu de la troiſieme Leçon de ce Nocturne, on dira la ſuivante, qui eſt l'Homelie de la Férie.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen *Leçon 3.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Joannem. *Chap.* 7.

IN illo tempore : ambulabat Jeſus in Galilæam : non enim volebat in Judæum ambulare · quia quærebant eum Judæi interficere. Et reliqua.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi. *Tract.* 28. *in Joan.*

IN iſto Evangelii capitulo fratres, Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſecundùm hominem ſe plurimum commendavit fidei noſtræ etenim ſemper hoc egit dictis & factis ſuis, ut Deus credatur ut homo. Deus qui nos fecit, homo qui nos quæſivit : Deus cum patre ſemper, homo nobiſcum ex tempore. Non enim quæreret quem fecerat, niſi fieret ipſe quod fecerat. Verum hoc mementote, & de cordibus veſtris nolite dimittere : Sic eſſe Chriſtum hominem factum, ut non deſtiterit Deus eſſe. Manens Deus accepit hominem qui fecit hominem. Tu autem Domine, miſerere nobis. ℟. Deo gratias,

*Il n'y a pas de* Te Deum ; *mais à ſa place on dit le Répons qui ſuit.*

℟. 3 *ou* 9. Super ſalutem & omnem pulchritudinem dilexi nomen Jeſu, & propoſui in corde habere illud : venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illo.

℣. Dixi ſanctiſſimo Jeſu nomini ; tu es ſpes mea : vocavi illud protectionem & ſalutem meam. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illo.

*Répétition.* Super ſalutem, &c.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Férie.*

*Ant.* Tempus meum nondum advenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum.

℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus.

℟. Et ab inſurgentibus in me libera me.

## OREMUS.

NOſtra tibi, Domine, quæſumus, ſint accepta jejunia ; quæ & nos expiando, gratia tua dignos efficiant, & ad remedia perducant æterna. Per Dominum, &c.

*Pour le Dimanche de la Reſurrection de Notre-Seigneur Jéſus-Chriſt, l'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, l'Office à trois Nocturnes. Pendant le temps Paſchal, à l'Invitatoire, on ajoutera,* Alleluia ; *& à chaque Nocturne, on dira les trois Pſeaumes ſous une ſeule Antienne, laquelle ſera toujours la premiere de chaque Nocturne, à laquelle on ajoutera auſſi* Alleluia, *de même qu'aux ℣. & ℟. d'après les Antiennes. Aux ℟. des Leçons, on ajoutera auſſi* Alleluia. *mais on n'en fera pas de même aux ℣. Aujourd'hui, au lieu de la neuvieme Leçon, on dira l'Homelie de la Fête de la Reſurrection, qui eſt la ſuivante.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen. *Leçon 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Marcum. *Chap.* 16.

IN illo tempore : Maria Magdalena, & Maria Jacobi & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Jeſum. Et reliqua.

Homilia

Homilia Sancti Gregorii Papæ. 21. *in Evangel.*

AUdiſtis fratres chariſſimi, quod ſanctæ mulieres, quæ Dominum fuerant ſecutæ, cum aromatibus ad monumentum venerunt, & ei quem viventem dilexerant, etiam mortuo, ſtudio humanitatis obſequuntur. Sed res geſta aliquid in ſancta Eccleſia ſignat gerendum. Sic quippe neceſſe eſt, ut audiamus quæ facta ſunt, quatenùs etiam quæ nobis ſint ex eorum imitatione facienda. Et nos ergo in eum, qui eſt mortuus, credentes, ſi odore virtutum referti, cum opinione bonorum operum Dominum quærimus, ad monumentum profecti illius cum aromatibus venimus. Illæ autem mulieres Angelos vident, quæ cum aromatibus venerunt, quia videlicèt illæ mentes ſupernos cives aſpiciunt, quæ cum virtutum odoribus ad Dominum per cuncta deſideria proficiſcuntur. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum, &c.

## *A LAUDES.*

*A toutes les Antiennes, on ajoutera* alleluia

*Commémoraiſon de la Reſurrection.*

*Ant.* Et valde mane una ſabbatorum veniunt ad monumentum, orto jam ſole, alleluia.

Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea.

OREMUS.

DEus, qui hodierna die unigenitum tuum, æternitatis nobis aditum devicta morte reſeraſti: vota noſtra, quæ prævenienda aſpiras, etiam adjuvando proſequere. Per eumdem, &c.

*Au* ℣. Benedicamus Domino, *on ajoutera pendant cette Octave ſeulement, deux fois* alleluia, alleluia, *de même qu'a* Deo gratias.

*Pour le jour de l'Aſcenſion de Notre-Seigneur Jéſus-Chriſt, l'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dira la ſuivante, qui eſt l'Homelie de la Fête.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

*Leçon 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Marcum. *Chap 16.*

IN illo tempore : recumbentibus undecim Diſcipulis, apparuit illis Jeſus & exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis ; quia iis, qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. 29. *in Evangel.*

QUod reſurrectionem Dominicam Diſcipuli tarde crediderunt, non tam illorum infirmitas, quam noſtra, ut ita dicam, futura firmitas fuit ipſa namque reſurrectio illis dubitantibus per multa argumenta monſtrata eſt : Quæ dum nos legentes agnoſcimus, quid aliud quam de illorum dubitatione ſolidamus ? Minus enim mihi Maria Magdalene præſtitit, quæ citius credidit, quam Thomas, qui diù dubitavit. Ille etenim dubitando, vulnerum cicatrices tetigit, & de noſtro peccatore dubitationis vulnus amputavit. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

*A LAUDES.*

*Commémoraſon de l'Aſcenſion.*

*Ant.* Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum ; Deum meum & Deum veſtrum, alleluia.

℣. Dominus in cœlo, alleluia.

℟. Paravit ſedem ſuam, alleluia.

OREMUS.

COncede quæſumus omnipotens Deus : ut hodierna die unigenitum tuum redemptorem noſtrum ad cœlos aſcendiſſe credimus, ipſi quoque mente in cœleſtibus habitemus. Per eumdem Dominum, &c.

---

## *LES SECONDES VESPRES DE LA FESTE*
## DE L'ASCENSION.

*Double.*

*Ant.* Viri Galilæi, quid aſpicitis in cœlum ? Hic Jeſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum ſic veniet, Allel.

*Pſeaume* 109

Dixit Dominus Domino meo, &c. *page* 109.

*Ant.* Viri Galilæi, quid aſpicitis, &c.

*Ant.* Cumque intuerentur in cœlum euntem illum, dixerunt, alleluia.

*Pſeaume* 110.

Confitebor tibi Domine in toto corde, &c. *pag.* 117.

*Ant.* Cumque intuerentur, &c.

*Ant.* Elevatis manibus benedixit eis, & ferebatur in cœlum, alleluia.

*Pſeaume* 111.

Beatus vir qui timet Dominum, &c. *idem.*

*Ant.* Elevatis manibus, &c.

*Ant.* Exaltate Regem regum, & hymnum dicite Deo, alleluia.

*Pſeaume* 112.

Laudate pueri Dominum: laudate, &c. *page* 109.

*Ant.* Exaltate Regem regum, &c.

*Ant.* Videntibus illis elevatus eſt, & nubes ſuſcepit eum in cœlo, alleluia.

*Pſeaume* 116.

Laudate Dominum omnes gentes, &c. *page* 129.

*Ant.* Videntibus illis, &c.

*Chapitre. Act* 1.

PRimum quidem Sermonem feci de omnibus, ô Theophile ' quæ cœpit Jeſus facere, & docere, uſque in diem, præcipiens Apoſtolis per Spiritum Sanctum, quos elegit aſſumptus eſt. ℞. Deo gratias.

*Hymne.*

JEſu noſtra redemptio,
Amor, & deſiderium;
Deus creator omnium,
Homo in fine temporum.

Quæ te vicit clementia,
Ut ferres noſtra crimina,
Crudelem mortem patiens,
Ut nos à morte tolleres?

Inferni clauſtra penetrans,
Tuos captivos redimens,
Victor triumpho nobili,
Ad dextram Patris reſidens.

Ipſa te cogat pietas,
Ut mala noſtra ſuperes:
Parcendo, & voti compotes.
Nos tuo vultu ſaties.

Tu eſto noſtrum gaudium,
Qui es futurus præmium:
Sit noſtra in te gloria,
Per cuncta ſemper ſæcula.
Amen.

℣ Dominus in cœlo, alleluia.

℟ Paravit ſedem ſuam, alleluia.

*A Magnificat, Ant.* O Rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie ſuper omnes cœlos aſcendiſti, ne derelinquas nos orphanos: ſed mitte promiſſum patris in nos, Spiritum veritatis, alleluia.

*Cantique de la Vierge.*

Magnificat: anima mea Dominum, &c. *page* 113.

*Ant.* O Rex gloriæ, Domine virtutum, &c.

*Oremus.* Concede quæſumus omnipotens, &c. *p.* 146.

*Pour le jour de la Pentecôte, l'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dira la ſuivante, qui eſt de l'Homelie de la Fête de ce jour.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen. *Leçon 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Joannem. *Chap.* 14.

IN illo tempore: dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: Si quis diligit me Sermonem meum ſervabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. 30 *in Evang.*

LIber, fratres chariſſimi, Evangelicæ verba lectionis ſub brevitate tranſcurrere, ut poſt diutius liceat in contemplatione tantæ ſolemnitatis immorari. Hodie namque Spiritus Sanctus repentino ſonitu ſuper Diſcipulos venit, menteſque carnalium in ſui amorem permutavit, & foris apparentibus linguis igneis, intus facta ſunt corda flammantia; quia dum Deum in ignis viſione ſuſceperunt, per amorem ſuaviter arſerunt. Ipſe namque Spiritus Sanctus amor eſt, unde & Joannes dicit: Deus charitas eſt. Qui ergo mente integra Deum deſiderat, profecto jam habet, quem amat. Neque enim quiſquam poſſet Deum diligere, ſi eum quem di-

ligit, non haberet. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

*A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Pentecôte.*

*Ant.* Accipite Spiritum Sanctum : quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, alleluia.

℣. Repleti ſunt omnes Spiritu Sancto, alleluia.

℟. Et cœperunt loqui, alleluia.

OREMUS.

DEus, qui hodierna die corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti, da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de ejus ſemper conſolatione gaudere. Per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate ejuſdem Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Pour le Vendredi dans l'Octave du Saint Sacrement, l'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dira la ſuivante, qui eſt de l'Homelie de ce jour.*

℣ Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen *Leçon* 9.

Lectio S. Evangelii ſecundùm Joannem *Chap.* 4.

IN illo tempore dixit Jeſus turbis Judæorum : caro mea, vere eſt cibus, & ſanguis meus, vere eſt potus. Et reliqua.

De Homilia S Auguſtini Epiſcopi *Tract.* 27. *in Joan.*

VErba Domini ex Evangelio, quæ Sermonem priſtinum conſequuntur, audivimus Hinc Sermo debetur auribus & mentibus veſtris, & hodierna die non importunus eſt. Eſt enim de corpore Domini, quod dicebat ſe dare ad manducandum propter æternam vitam. Expoſuit autem modum attributionis hujus, & doni ſui quomodo daret carnem ſuam manducare, dicens : Qui manducat carnem meam, & bibit ſanguinem meum, in me manet, & ego in illo. Signum quia manducavit & bibit, hoc eſt. Si manet & manetur : Si

habitat, & inhabitatur : Si hæret, ut non deſeratur. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon du Saint Sacrement.*

*Ant.* Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi : ſi quis manducaverit ex hoc pane, vivit in æternum, alleluia.

℣. Poſuit fines tuos pacem, alleluia.

℟. Et adipe frumenti ſatiat te, alleluia.

OREMUS.

Deus qui nobis ſub Sacramento mirabili, Paſſionis tuæ memoriam reliquiſti : tribue quæſumus, ita nos corporis & ſanguinis tui ſacra myſteria venerari, ut redemptionis tuæ fructum in nobis jugiter ſentiamus. Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Pour le premier Dimanche de Février, l'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le ſecond Nocturne. Avant la Septuageſime, on dit le* Te Deum, *& non pas après.*

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere.*

*Pour le premier Dimanche de Mars, l'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le troiſieme Nocturne. Il n'y a pas de* Te Deum.

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere.*

*Pour le premier Dimanche d'Avril, l'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le premier Nocturne. On ne dit pas le* Te Deum, *ſi c'eſt en Carême ; & ſi c'eſt le Dimanche de la Paſſion ou des Rameaux, le troiſieme Repons eſt tel qu'il ſuit.*

℟. 3. Laudabo nomen tuum aſſidue : & collaudabo illud in confeſſione.

℣. Lætabor & exultabo in te : pſallam nomini tuo altiſſime & collaudabo illud in confeſſione.

Laudabo nomen tuum aſſidue : & collaudabo illud in confeſſione.

*Mais au temps de Pâques, on ajoutera un* alleluia *à la place du* ℟. *& non à la fin du* ℣. *On dira le* Te Deum.

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere.*

*Pour le premier Dimanche de Mai, l'Office à un Nocturne, Semi-Double.*

*A Matines, on ne dit que le ſecond Nocturne. Aux* ℟. *des Leçons, on ajoute* alleluia; *mais non aux* ℣. *On dit le* Te Deum.

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere.*

*Pour le premier Dimanche de Juin, l'Office à un Nocturne, Semi-Double.*

*A Matines, on ne dit que le troiſieme Nocturne. En temps de Pâques, aux* ℟. *des Leçons, on ajoute* alleluia: *mais non aux* ℣. *On dit le* Te Deum *en tout temps.*

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere.*

*Pour le premier Dimanche de Juillet, l'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le premier Nocturne. On dit le* Te Deum.

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere.*

*Pour le premier Dimanche d'Août, l'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le ſecond Nocturne, à la fin duquel on dit le* Te Deum.

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere.*

*Pour le jour de l'Aſſomption de Marie, l'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dit la ſuivante, qui eſt de l'Homelie de la Fête.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

*Leçon 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Lucam. *Chap.* 10.

IN illo tempore: intravit Jeſus in quoddam Caſtellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum ſuam. Et reliqua.

Homilia Sancti Auguſtini Epiſcopi. *Serm. 27. de verb. Dom. Tom.* 10.

SAnctum Evangelium cum legeretur, audivimus à fœmina religioſa ſuſceptum eſſe Dominum hoſpitio, eaque Martha vocabatur. Et cum eſſet ipſa occupata in cura miniſtrandi, ſoror ejus Maria ſedebat ad pedes Domini, & audiebat illa, vocabat iſta. Illa erogabat, haec implebatur. Verumtamen Martha laborans multum in illa occupatione & negotio miniſtrandi, interpellavit Dominum : Et de ſorrore ſua conqueſta eſt, quod eam laborantem non adjuvaret. Dominus autem pro Maria reſpondit Marthæ : Et ipſe ejus factus eſt advocatus, qui judex fuerat interpellatus Martha inquit, circa multa es occupata quando unum eſt neceſſarium, Maria meliorem partem elegit quæ non auferetur ab ea. Tu autem Domine miſerere nobis ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

## *A LAUDES.*

*Comménoraiſon de l'Aſſomption.*

*Ant.* Quæ eſt iſta quæ aſcendit ſicut aurora conſurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata ?

℣. Exaltata eſt Sancta Dei genitrix.

℟. Super choros Angelorum ad cœleſtia regna.

## OREMUS.

FAmulorum tuorum, quæſumus, Domine, delictis ignoſce : ut qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis Filii tui Domini noſtri interceſſione ſalvemur. Per eumdem, &c.

*Pour le Dimanche dans l'Octave de l'Aſſomption de Marie, l'Office double, à trois Nocturnes.*

*A Matines & à Laudes, le tout comme au jour de la Fête de l'Aſſomption.*

*Pour le premier Dimanche de Septembre, l'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le troiſieme Nocturne. On dit le* Te Deum.

*A Laudes, point de Commémoraiſon particuliere,*

*Pour la Fête de la Nativité de Marie, l'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dit la ſuivante.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen. *Leçon 9.*

Lectio Sancti Evangelii ſecundùm Matthæum.

LIber generationis Jeſu Chriſti, Filii David, Filii Abraham, Abraham genuit Iſaac, Iſaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia Sancti Hieronimi Presbyteri. *Lib.* I. *Comment. in Math. in initio.*

IN Iſaia legimus: Generationem ejus quis enarrabit? Non ergo putemus Evangeliſtam Prophetæ eſſe contrarium, ut quod ille impoſſibile dixit effatu, hic narrare incipiat. Quia ibi de generatione divinitatis, hic de incarnatione eſt dictum. A carnalibus autem cœpit, ut per hominem, Deum diſcere incipiamus, Filii David, Filii Abraham. Ordo præpoſterus, ſed neceſſario commutatus. Si enim primum poſuiſſet Abraham, & poſtea David, rurſus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis ſeries texeretur. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum, &c.

*A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Nativité.*

*Ant.* Nativitatem hodiernam perpetuæ Virginis genitricis Dei Mariæ ſolemniter celebremus, qua celſitudo Throni proceſſit, alleluia.

℣. Nativitas eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

OREMUS.

FAmulis tuis, quæſumus, Domine, cœleſtis gratiæ munus impertire, ut quibus Beatæ Virginis partus extitit ſalutis exordium, Nativitatis ejus votiva ſolemnitas pacis tribuat incrementum.

*Commémoraiſon de Saint Adrien, Martyr.*

*Ant.* Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Juſtus ut palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

OREMUS.

PRæſta quæſumus omnipotens Deus : ut qui Beati Adriani Martyris tui natalitia colimus : interceſſione ejus in tui nominis amore roboremur. Per Dominum, &c.

## AUX SECONDES VESPRES DE LA CIRCONCISION.

*Double.*

*On y dit les mêms Pſeaumes qu'aux ſecondes Vêpres de la Circonciſion, page* 109.

*Mais les Antiennes ſont propres à la Nativité.*

1. *Ant.* Nativitas glorioſe Virginis Mariæ ex ſemine Abrahæ, ortæ de Tribu Juda, clara ex ſtirpe David.

2. *Ant.* Nativitas eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis, cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias

3. Regali ex progenie Maria exorta refulget : cujus precibus nos adjuvari mente & ſpiritu devotiſſime poſcimus.

4. Corde & animo Chriſto canamus gloriam in hac ſacra ſolemnitate præcelſæ genitricis Dei Mariæ.

5. Cum jucunditate Nativitatem Beatæ Mariæ celebremus, ut ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Jeſum Chriſtum. *Chapitre.* Eccl. 24.

AB initio & ante ſæcula creata ſum, & uſque ad futurum ſæculum non deſinam, & in habitatione ſancta, coram ipſo miniſtravi. ℟. Deo gratias.

*Hymne.*

AVe, maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper Virgo,
Felix cœli porta.
Sumens illud ave,
Gabrielis ore.
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.
Monſtra te eſſe matrem,
Sumat per te preces ;

Qui pro nobis natus
Tulit eſſe tuus.
Virgo ſingularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis ſolutos,
Mites fac & caſtos.
Vitam præſta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jeſum,
Semper collætemur.
Sit laus Deo Patri,
Summo Chriſto decus,
Spiritui Sancto,
Trinus honor unus. Amen.

℣. Nativitas eſt hodie Sanctæ Mariæ Virginis.

℟. Cujus vita inclyta cunctas illuſtrat Eccleſias.

*A Magnificat, Ant.* Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit univerſo mundo: ex te enim ortus eſt Sol juſtitiæ, Chriſtus Deus noſter: qui ſolvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam ſempiternam.

*Cantique de Marie.*

Magnificat: anima mea Dominum, &c. *page* 113:

*Ant.* Nativitas tua, &c.

*Oremus.* Famulis tuis quæſumus, Domine, &c. *page* 153.

*Commèmoraiſon de Saint Gorgon, Martyr.*

*Ant.* Iſte ſanctus pro lege Dei ſui certavit uſque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit, fundatus enim erat ſupra firmam petram.

℣. Gloria & honore coronaſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

## OREMUS.

Sanctus tuus, Domine, Gorgonius ſua nos interceſſione lætificet, & pia faciat ſolemnitate gaudere. Per Dominum, &c.

*Pour la Fête de Notre-Dame du Roſaire, qui eſt toujours le premier Dimanche d'Octobre, l'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dit la ſuivante, qui eſt de l'Homelie de la Fête de ce jour.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

*Leçon 9.*

Lectio Sancti Evangelii ſecundùm Lucam. *Chap.* 11.

IN illo tempore : loquente Jeſu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi : beatus venter qui te portavit, & ubera, quæ ſuxiſti. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri. *Lib.* 4. *Cap.* 39 *Luc.* 11.

MAgnæ devotionis & fidei hæc mulier oſtenditur, quæ Scribis & Phariſæis, Dominum teptantibus, ſimul & blaſphemantibus, tanta ejus incarnationem præ omnibus ſinceritate cognoſcit tanta, fiducia confitetur, ut & præſentium procerum calumniam, & futurorum confundat Hæreticorum perfidiam. Nam ſicut tunc Judæi, Sancti Spiritus opera blaſphemando, verum conſubſtantialemque Patri Dei Filium negabant : Sic hæretici poſtea negando, Mariam ſemper Virginem Sancti Spiritus operante virtute, naſcituro cum humanis membris unigenito Dei, carnis ſuæ materiam miniſtraſſe, verum conſubſtantialemque matri filium hominis fateri non debere dixerunt. Tu autem Domine miſerere nobis. ℞. Deo gratias. Te Deum, &c.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Fête du Roſaire de la Vierge Marie.*

*Ant.* Beata es, Maria, quæ credidiſti, perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à Domino, alleluia.

℣. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.

℞. Propterea benexit te Deus in æternum.

OREMUS

DEus, cujus unigenitus, per vitam, mortem, & reſurrectionem ſuam, nobis ſalutis æternæ præmia comparavit : concede quæſumus, ut hæc myſteria ſanctiſſimo Beatæ Mariæ Virginis Roſario recolentes, & imitemur quod continent, & quod promittunt, aſſequamur. Per eumdem Dominum.

*Pour la Fête de tous les Saints, Double, l'Office à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvieme Leçon, on dit la*

*ſuivante, qui eſt de l'Homelie de la Fête de ce jour.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta ℟. Amen. *Leçon 9.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Matthæum. *Chap. 5.*

IN illo tempore: videns Jeſus turbas, aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum Diſcipuli ejus.

Homilia S. Auguſtini Epiſcopi. *Lib. 1. de Serm. Domini in monte, ſub init.*

SI quæritur quid ſignificet mons, bene intelligitur ſignificare majora præcepta juſtitiæ, quia minora erant, quæ Judæi, data ſunt. Unus tamen Deus per Sanctos Prophetas, & famulos ſuos, ſecundùm ordinatiſſimum diſtributionem temporum, dedit minora præcepta populo, quem adhuc timore alligari oportebat; & per Filium ſuum majora populo, quem charitate jam liberari convenerat. Cum autem minora minoribus, majora majoribus dantur, ab eo dantur, qui ſolus novit congruentem ſuis temporibus generi humano exhibere medicinam. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Fête de tous les Saints.*

*Ant.* Te glorioſus Apoſtolorum chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te Martyrum candidatus laudat exercitus, te omnes ſancti & electi voce confitentur unanimes, Beata Trinitas, unus Deus.

℣. Exultabunt ſancti in gloria.

℟. Lætabuntur in cubilibus ſuis.

OREMUS.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita ſub una tribuiſti celebritate venerari, quæſumus, ut deſideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam, multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per Dominum.

*Pour le premier Dimanche de Novembre. Lorſqu'il ne concourt pas avec la Fête de tous les Saints, l'Office eſt Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le ſecond Nocturne. On dit le* Te Deum.

## *A LAUDES.*

*On fait Commémoraiſon de l'Octave de tous les Saints, avec l'Oraiſon, page 157*

*Pour le premier Dimanche de Décembre, l'Office Semi-Double, à un Nocturne.*

*A Matines, on ne dit que le troiſieme Nocturne, & ſi ce Dimanche eſt le premier Dimanche de l'Avent, au lieu de la troiſieme Leçon de ce Nocturne, on dit la ſuivante, qui eſt de l'Homelie du premier Dimanche de l'Avent.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen. *Leçon 3.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Lucam. *Chap.* 21.

IN illo tempore: dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: erunt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis, & in terris preſſura gentium Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. 1. *in Evang.*

DOminus ac redemptor noſter paratos nos invenire deſiderans, ſeneſcentem mundum quæ mala ſequantur demonſtrat, ut nos ab ejus amore compeſcat. Appropinquantem ejus terminum quantæ percuſſiones præveniant, innoteſcit: Ut & Deum metuere in tranquillitate nolumus, ſaltem vicinum ejus judicium vel percuſſionibus attriti timeamus. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias *On ne dit pas le* Te Deum.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon du premier Dimanche de l'Avent.*

*Ant.* Spiritus Sanctus in te deſcendet, Maria; ne timeas, habebis in utero Filium Dei, alleluia.

℣. Vox clamantis in deſerto, parate viam Domini.

℟. Rectas facite ſemitas ejus.

## OREMUS.

EXcita quæſumus, Domine, potentiam tuam, & veni: ut ab imminentibus peccatorum noſtrorum periculis, te mereamur protegente eripi, te liberante

ſalvari. Qui vivis & regnas cum Deo patre in unitate, &c.

*Si l'on eſt encore dans l'Octave de Saint Sernin, on en fait Commémoraiſon.*

*Ant.* Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam.

℣. Juſtus ut palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

OREMUS.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui hunc diem Beati Saturnini Martyris tui atque Pontificis Paſſione conſecraſti: concede propitius, ut cujus Martyrii gloriam celebramus in terris, ejus conſortes fieri mereamur in cœlis. Per Dominum noſtrum, &c.

*Mais ſi le premier Dimanche de Décembre eſt le ſecond Dimanche de l'Avent, alors à Matines, au lieu de l'autre Leçon, on dit la ſuivante, qui eſt de l'Homelie du ſecond Dimanche de l'Avent.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen. *Leçon 3.*

Lectio S. Evangelii ſecundùm Matthæum. *Chap.* 11.

In illo tempore: cum audiſſet Joannes in vinculis opera Chriſti, mittens duos de Diſcipulis ſuis, ait illi: tu es qui venturus es an alium expectamus? Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ. *6. in Evang. poſt princip.*

Viſis tot ſignis, tantiſque virtutibus, non ſcandaliſari quiſquam potuit, ſed admirari. Sed infidelium mens grave in illo ſcandalum pertulit, cum eum poſt tot miracula morientem vidit. Unde & Paulus dicit: nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæi quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam. Stultum quippe hominibus viſum eſt, ut pro hominibus auctor vitæ moreretur: & inde contra eum homo ſcandalum ſumpſit, unde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius honoran-

dus eſt, quanto pro hominibus & indigna ſuſcepit. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. *Il n'y a point de* Te Deum.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon du ſecond Dimanche de l'Avent.*

*Ant.* Joannes autem cum audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittens duos ex Diſcipulis ſuis, ait illi: tu es qui venturus es an alium expectamus?

℣. Vox clamantis in deſerto parate viam Domini.

℟. Rectas facite ſemitas ejus.

OREMUS.

Excita Domine corda noſtra ad præparandas unigeniti tui vias: ut per ejus adventum purificatis tibi mentibus ſervire mereamur. Qui tecum, &c.

*Pour la Commémoraiſon de l'Octave de Saint Sernin.*

*Ant.* Qui odit animam ſuam, &c *page* 159

---

## EN LA NATIVITÉ DE NOTRE-SEIGNEUR JÉSUS-CHRIST,

*L'Office Double, à trois Nocturnes.*

*A Matines, au lieu de la neuvième Leçon, on dit la ſuivante, qui eſt de l'Homelie de la Fête de ce jour.*

℣. Jube domne benedicere.

*Bénédiction.* Per Evangelica dicta deleantur noſtra delicta. ℟. Amen.

Lectio S. Evangelii ſecundùm Joannem. *Chap.* I.

In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Et reliqua.

Homilia Sancti Auguſtini Epiſcopi. *Tract.* I. *in Joan. circa med.*

Ne vile aliquid putare conſueviſti cogitare, cum verba humana ſoleres audire, audi quid cogites: Deus erat Verbum. Exeat nunc neſcio quis infidelis Arianus, & dicat, quia Verbum Dei factum eſt. Quomodo poteſt fieri, ut Verbum Dei factum ſit quando Deus per verbum fecit omnia? ſi & Verbum Dei ipſum factum eſt: Per quod aliud Verbum factum eſt?

Si

Si hoc dicis, quia hoc eſt verbum Verbi, per quod factum eſt illud ipſum dico ego unicum Filium Dei. Si autem non dicis verbum Verbi, concede non factum, per quod facta ſunt omnia. Non enim per ſeipſum fieri potuit per quod facta ſunt omnia. Credo ergo Evangeliſtæ. Tu autem Domine miſerere nobis. ℟. Deo gratias. Te Deum laudamus, &c.

## *A LAUDES.*

*Commémoraiſon de la Naiſſance de Notre-Seigneur Jéſus-Chriſt.*

*Ant.* Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, alleluia, alleluia.

℣. Notum fecit Dominus, alleluia.

℟. Salutare ſuum, alleluia.

## OREMUS.

Concede quæſumus omnipotens Deus, ut nos unigeniti tui nova per carnem nativitas liberet, quos ſub peccati jugo vetuſta ſervitus tenet. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c.

*Les Confreres auront ſoin de ſe rendre à la Chapelle, pour y réciter l'Office du Saint Nom de Jéſus, aux jours, & dans l'ordre marqués. ils ne s'en exempteront que pour de raiſons très-légitimes, encore ſe déroberont-ils alors en quelque heure du jour, aux affaires temporelles, pour le réciter en leur particulier.*

*La protection & l'aſſiſtance particuliere que Jéſus-Chriſt a promis à ceux qui s'aſſembleront en ſon nom, doit les animer à être exacts, & fideles à la récitation publique. Dans un Chœur, la priere du fort fortifiera celle du foible. ce qui ne peut être à l'égard de celui qui le récite en particulier, qui ne ſçait s'il eſt digne de l'amour ou de la haine de Dieu, ni s'il prie bien ou mal.*

*Lorſqu'il y aura un malade en danger d'une mort prochaine, les autres Confreres auront également ſoin de ſe rendre, au ſon de la Cloche, à la Chapelle, pour réciter l'Office du Saint Nom de Jéſus, afin d'obtenir, par le ſecours de leurs prieres, la grace qu'il faſſe un ſaint uſage de ſa maladie; qu'il la ſouffre dans un eſprit pénitent;*

*que Dieu le ſoulage dans ſes ſouffrances, ou qu'il lui accorde la grace de faire une ſainte mort, s'il jugé à propos de le retirer de ce monde.*

*Pour cet effet, ſi c'eſt le Dimanche, comme l'on n'eſt pas occupé aux œuvres ſerviles, & que d'ailleurs c'eſt le jour du Seigneur, qu'il faut paſſer dans les œuvres de piété ou de miſéricorde, il convient qu'on récite les trois Nocturnes, avec Laudes; ou au moins on fera comme au Lundi & au Jeudi, auſquels jours on récitera le premier Nocturne; mais au Mardi & Vendredi, on récitera le ſecond Nocturne; & enfin pour le Mercredi & le Samedi, on récitera le troiſieme Nocturne; on y joindra toujours Laudes, & l'Office ſera Semi-Double.*

*Ceux qui auront la dévotion de réciter tous les jours l'Office du Saint Nom de Jéſus, pourront le Dimanche le réciter tout entier, ou au moins ils feront comme au Lundi & au Jeudi, auſquels jours ils ne diront que le premier Nocturne; mais pour le Mardi & le Vendredi, ils réciteront le ſecond Nocturne, & enfin pour le Mercredi & le Samedi, ils réciteront le troiſieme Nocturne, & y joindront toujours Laudes, & l'Office Semi-Double, excepté aux jours marqués ci-deſſus.*

---

## L'OFFICE DES MORTS,

### A VESPRES.

*On commence abſolument par l'Antienne ſuivante.*

*Ant.* Placebo Domino.

*Pſeaume* 114.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus: * vocem orationis meæ.

Quia inclinavit aurem ſuam mihi: * & in diebus meis invocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: * & pericula inferni invenerunt me.

Tribulationem & dolorem inveni: * & nomen Domini invocavi.

O, Domine! libera animam meam: * miſericors

Dominus & juſtus, & Deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens parvulos Dominus : * humiliatus ſum, & liberavit me.

Convertere, anima mea, in requiem tuam : * quia Dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte : * oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.

Placebo Domino : * in regione vivorum.

Requiem æternam : * dona eis, Domine.

Et lux perpetua : * luceat eis.

*Ant.* Placebo Domino in regione vivorum.

*Ant.* Heu mihi ! Domine.

*Pſeaume* 119.

AD Dominum cùm tribularer clamavi : * & exaudivit me.

Domine, libera animam meam à labiis iniquis : * & à lingua doloſa

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi : * ad linguam doloſam

*Sagittæ potentis acutæ* : * cum *carbonibus* deſolatoriis.

Heu mihi ! quia incolatus meus prolongatus eſt ; habitavi cum habitantibus Cedar : * multùm incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus : * cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

Requiem æternam, &c.

*Ant* Heu mihi ! Domine, quia incolatus meus prolongatus eſt.

*Ant.* Dominus cuſtodit te.

*Pſeaume* 120.

LEvavi oculos meos in montes : * unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum à Domino : * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum : * neque dormitet qui cuſtodit te.

Ecce non dormitavit neque dormiet : * qui cuſtodit Iſrael.

Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua :* ſuper manum dexteram tuam.

Per diem Sol non uret te :* neque Luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo :* cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus cuſtodiat introïtum tuum & exitum tuum:* ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Dominus cuſtodit te ab omni malo : cuſtodiat animam tuam Dominus.

*Ant.* Si iniquitates

*Pſeaume* 129.

DE profundis clamavi ad te Domine : * Domine, exaudi vocem meam

Fiant aures tuæ intendentes :* in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſervaveris, Domine :* Domine, quis ſuſtinebit ?

Quia apud te propitiatio eſt :* & propter legem tuam ſuſtinuit te, Domine.

Suſtinuit anima mea in verbo ejus : * ſperavit anima mea in Domino.

A cuſtodia matutina uſque ad noctem :* ſperet Iſrael in Domino.

Quia apud Dominum miſericordia :* & copioſa apud eum redemptio.

Et ipſe redimet Iſrael :* ex omnibus iniquitatibus ejus.

Requiem æternam, &c.

*Ant* Si iniquitates obſervaveris, Domine, Domine, quis ſuſtinebit ?

*Ant.* Opera manuum.

*Pſeaume* 137.

COnfitebor tibi, Domine, in toto corde meo :* quoniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelorum pſallam tibi : * adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super miſericordia tua & veritate tua : * quoniam

magnificaſti ſuper omne nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocavero te, exaudi me. * multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi, Domine, omnes Reges terræ : * quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cantent in viis Domini : * quoniam magna eſt gloria Domini.

Quoniam excelſus Dominus & humilia reſpicit : * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam :* & ſalvum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me, Domine, miſericordia tua in ſæculum * opera manuum tuarum ne deſpicias.

Requiem æternam, &c.

*Ant* Opera manuum tuarum, Domine, ne deſpicias.

℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.

℟. Beati mortui, qui in Domino moriuntur.

*A Magnificat, Ant.* Omne.

*Cantique de Marie.*

Magnificat : anima mea Dominum, &c. *page* 113.

*Ant.* Omne quod dat mihi pater, ad me veniet. & eum qui venit ad me, non ejiciam foras.

*On dit à genoux les prieres ſuivantes ; on en fera de même à Laudes.*

Pater noſter, &c. *tout bas.*

℣ Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos à malo.

*Pſeaume* 145.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, * pſallam Deo meo, quandiu fuero.

Nolite confidere in principibus : * in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus ejus, & revertetur in terram ſuam. * in illa die peribunt omnes cogitationes eorum

Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, ſpes ejus in

Domino Deo ipſius ; * qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit judicium injuriam patentibus : * dat eſcam eſurientibus.

Dominus ſolvit compeditos : * Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit eliſos : * Dominus diligit juſtos.

Dominus cuſtodit advenas, pupillum, & viduam ſuſcipiet : * & vias peccatorum diſperdet.

Regnabit Dominus in ſæcula Deus tuus Sion : * in generationem & generationem.

Requiem æternam, &c.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulos tuos Pontificali, ſeu Sacerdotali feciſti dignitate vigere, præſta, quæſumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam, ut noſtræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores qui ex hoc ſæculo tranſierunt, Beatâ Mariâ ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.

FIdelium, Deus, omnium Conditor & Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum, tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam ſemper optaverunt, piis ſupplicationibus conſequantur. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Mais au jour de la Commémoraiſon de tous les Fideles morts, on ne dira que la derniere Oraiſon*, Fidelium, *& on la finira, comme il ſuit* : Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitate Spiritu Sancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

*Le jour de la Sépulture, on dira l'Oraiſon ſuivante ſeulement*

ABſolve, quæſumus, Domine, animam famuli tui, N. ut defunctus ſæculo tibi vivat: & quæ per fragilitatem carnis humana converſatione commiſit, tu venia miſericordiſſimæ pietatis abſterge. Per Dominum, &c.

*Si c'eſt une femme, on dira*: Animam famulæ tuæ N. ut defuncta.

*Pour le jour de l'Anniverſaire, l'Oraiſon ſuivante.*

DEus, indulgentiarum Domine, da animabus famulorum famularumque tuarum, quorum Anniverſarium depoſitionis diem commemoramus, refrigerii ſedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per Dominum, &c.

*Si c'eſt pour un ſeul défunt, on dira l'Oraiſon précédente au ſingulier.*

*Pour le Pere & la Mere.*

DEus qui nos Patrem & Matrem honorare: miſerere clementer animabus patris ac matris meæ, eorumque peccata dimitte, meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Dominum.

*Pour le jour de la Sépulture ou pour le trentieme, ou Anniverſaire d'un Prêtre, Confrere.*

OREMUS.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, famulum tuum N. Pontificali, ſeu Sacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta, quæſumus, ut eorum quoque aggregetur conſortio. Per Dominum, &c.

*Mais pour un Confrere Laique, ou Confrereſſe, on dira l'Oraiſon ſuivante.*

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator: quæſumus clementiam tuam: ut noſtræ congregationis Fratrem (*ou* Sororem) qui (*ou* quæ) ex hoc ſæculo tranſiit, Beatâ Mariâ ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis Domine.

℟. Et lux perpeptua luceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

*Si ce n'eſt que pour un, les ℣. & les ℟. on les dira au nombre ſingulier.*

---

## *A MATINES.*

*On commencera abſolument de la maniere ſuivante.*

*Invitatoire.* Regem cui omnia vivunt Venite adoremus. *On repete.* Regem cui omnia vivunt · Venite adoremus. *Pſeaume 94.*

VEnite exultemus Domino, jubilemus Deo ſalutari noſtro · præoccupemus faciem ejus in confeſſione, & in pſalmis jubilemus ei.

Regem cui omnia vivunt Venite, adoremus.

Quoniam Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos: quoniam non repellet Dominus plebem ſuam, quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit. Venite, adoremus.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundaverunt manus ejus: venite adoremus & procidamus ante Deum ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus.

Regem, cui omnia vivunt Venite, adoremus.

Hodiè ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto ubi tentaverunt me patres veſtri, probaverunt, & viderunt opera mea. Venite, adoremus

Quadraginta annis proximus fui generatationi huic, & dixi: ſemper hi errant corde, ipſi verò non cognoverunt vias meas, quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam.

Regem, cui omnia vivunt Venite, adoremus.

Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpetua luceat eis: Venite, adoremus.

Regem cui omnia vivunt: Venite, adoremus.

## *AU PREMIER NOCTURNE.*

*Ant.* Dirige Domine.

*Pſeaume 5.*

VErba mea auribus percipe, Domine: * intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: * Rex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo, Domine: * manè exaudies vocem meam.

Manè aſtabo tibi, & videbo: * quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit juxta te malignus: * neque permanebunt injuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitatem: * perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum ſanguinum & doloſum abominatur Dominus: * ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: * adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

Domine, deduc me in juſtitia tua: * propterea inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas: * cor eorum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum: * linguis ſuis doloſè agebant, judica illos Deus.

Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos: * quoniam irritaverunt te, Domine.

Et lætentur omnes qui ſperant in te: * in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum * quoniam tu benedices juſto.

Domine, ut ſcuto bonæ voluntatis tuæ: * coronaſti nos.

Requiam æternam, &c.

*Ant.* Dirige, Domine Deus meus, in conſpectu tuo viam meam.

*Ant.* Convertere, Domine.

*Pſeaume 6.*

DOmine, ne in furore tuo arguas me: * neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei, Domine, quoniam infirmus ſum: * ſana me, Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.

Et anima mea turbata eſt valde: * ſed tu, Domine, uſquequo?

Convertere, Domine, & eripe animam meam: * ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.

Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: * in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: * lacrymis meis ſtratum meum rigabo.

Turbatus eſt à furore oculus meus; * inveteravi inter omnes inimicos meos.

Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem: * quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.

Exaudivit Dominus deprecationem meam: * Dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: * convertantur & erubeſcant valdè velociter.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Convertere, Domine, & eripe animam meam: quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui.

*Ant.* Nequando rapiat.

*Pſeaume 7.*

DOmine Deus meus, in te ſperavi: * ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

Nequando rapiat ut leo animam meam: * dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.

Domine Deus meus, ſi feci iſtud: * ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala: * merito ab inimicis meis inanis.

Perſequatur inimicus animam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam; * & gloriam meam in pulverem deducat.

Exurge, Domine, in ira tua: * & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge, Domine, Deus meus, in præcepto quod mandaſti: * & ſynagoga populorum circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: * Dominus judicat populos.

Judica me, Domine, ſecundùm juſtitiam meam: * & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.

Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges juſtum:* ſcrutans corda & renes Deus.

Juſtum adjutorium meum à Domino: * qui ſalvos facit rectos corde.

Deus Judex juſtus, fortis & patiens: * nunquid iraſcitur per ſingulos dies?

Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit: * arcum ſuum tetendit, & paravit illum.

Et in eo paravit vaſa, mortis: * ſagittas ſuas ardentibus effecit.

Ecce parturiit injuſtitiam, concepit dolorem: * & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum: * & incidit in foveam quam fecit.

Convertatur dolor ejus in caput ejus: * in verticem ipſius iniquitatis ejus deſcendet.

Confitebor Domino ſecundùm juſtitiam ejus: * & pſallam nomini Domini altiſſimi.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Nequando rapiat ut leo animam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum.

Pater noſter, *tout bas.*

*Les Leçons de l'Office des morts ſont ſans Abſolution, ni Bénédiction, ni Titre* *Leçon* I.

Parce mihi, Domine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magnificas eum? Aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum. Uſquequò non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam ſalivam meam? Peccavi, quid

faciam tibi, ô cuſtos hominum? Quare poſuiſti me contrarium tibi, & factus ſum mihi-metipſi gravis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non auſers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulvere dormiam, & ſi manè me quæſieris, non ſubſiſtam.

*Ou finit ainſi les Leçons, ſans dire* Tu autem, &c.

℟. 1. Credo quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum.

℣. Quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. *Leçon 2.*

TÆdet animam meam vitæ meæ: dimittam adverſum me eloquium meum: Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo: Noli me condemnare. Indica mihi cur me ita judices. Nunquid bonum tibi videtur ſi calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarum, conſilium impiorum adjuvat? Nunquid oculi carnei tibi ſunt; aut ſicut videt homo, & tu videbis? Nunquid ſicut dies hominis, dies tui, & anni tui ſicut humana ſunt tempora, ut quæras iniquitatem meam, & peccatum meum ſcruteris? Et ſcias quia nihil impium fecerim, cùm ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere.

℟. 2. Qui Lazarum reſſuſcitaſti à monumento fœtidum; Tu eis, Domine, dona requiem & locum indulgentiæ

℣. Qui venturus es judicare vivos & mortuos, & ſæculum per ignem. Tu eis, Domine, dona requiem, & locum indulgentiæ. *Leçon 3.*

MAnus tuæ, Domine, fecerunt me, & pſalmaverunt me totum in circuitu, & ſic repente præcipitas me? Memento, quæſo, quòd ſicut lutum feceris me, & in pulverem reduces me Nonnè ſicut lac mulſiſti me, & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me, oſſibus & nervis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum.

℟. 3. Domine, quando veneris judicare terram, ubi me abſcondam à vultu iræ tuæ? Quia peccavi nimis in vita mea.

℣. Commiſſa mea paveſco, & ante te erubeſco: dum veneris judicare, noli me condemnare. Quia peccavi nimis in vita mea.

℣. Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpetua luceat eis. Quia peccavi nimis in vita mea.

## *AU SECOND NOCTURNE.*

*Ant.* In loco paſcuæ. *Pſeaume* 22.

Dominus regit me, & nihil mihi deerit: * in loco paſcuæ ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me: * animam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ: * propter nomen ſuum.

Nam etſi ambulavero in medio umbræ mortis: * non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: * ipſa me conſolata ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam: * adversùs eos qui tribulant me.

Impinguaſti in oleo caput meum: * & calix meus inebrians, quam præclarus eſt!

Et miſericordia tua ſubſequetur me: * omnibus diebus vitæ meæ.

Et ut inhabitem in domo Domini: * in longitudinem dierum.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* In loco paſcuæ ibi me collocavit.

*Ant.* Delicta juventutis.

*Pſeaume* 24.

Ad te, Domine, levavi animam meam: * Deus meus in te confido, non erubeſcam.

Neque irrideant me inimici mei: * etenim univerſi qui ſuſtinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes: * ſupervacuè.

Vias tuas, Domine, demonſtra mihi: * & ſemitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me : * quia tu es Deus Salvator meus, & te ſuſtinui totâ die.

Reminiſcere miſerationum tuarum, Domine : * & miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt.

Delicta juventutis meæ : * & ignorantias meas ne memineris.

Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu : * propter bonitatem tuam, Domine

Dulcis & rectus Dominus : * propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget manſuetos in judicio : * docebit mittes vias ſuas.

Universæ viæ Domini miſericordia & veritas : * requirentibus teſtamentum ejus & teſtimonia ejus.

Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo : * multum eſt enim.

Quis eſt homo qui timet Dominum : * legem ſtatuit ei in via quam elegit.

Anima ejus in bonis demorabitur : * & ſemen ejus hæreditabit terram

Firmamentum eſt Dominus timentibus eum : * & teſtamentum ipſius, ut manifeſtetur illis.

Oculi mei ſemper ad Dominum : * quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.

Reſpice in me, & miſerere mei : * quia unicus & pauper ſum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt : * de neceſſitatibus mei erue me.

Vide humilitatem meam & loborem meum : * & dimitte univerſa delicta mea.

Reſpice inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt : * & odio iniquo oderunt me.

Cuſtodi animam meam, & erue me : * non erubeſcam, quoniam ſperavi in te.

Innocentes & recti adhæſerunt mihi : * quia ſuſtinuit te.

Libera, Deus, Iſrael, * ex omnibus tribulationibus ſuis.

Requiem æternam dona eis Domine, &c.

*Ant.* Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris, Domine.

*Ant.* Credo videre. *Pſeaume* 26.

DOminus illuminatio mea & ſalus mea: * quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: * à quo trepidabo?

Dum appropriant ſuper me noſcentes: * ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: * ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt.

Si conſiſtant adversùm me caſtra; * non timebit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium: * in hoc ego ſperabo.

Unam petii à Domino, hanc requiram: * ut inhabitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.

Ut videam voluptatem Domini: * & viſitem templum ejus.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: * in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltavit me: * & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuivi & immolavi in tabernalo ejus hoſtiam vociferationis: * cantabo & pſalmum dicam Domino.

Exaudi, Domine, vocem meam quâ clamavi ad te: * miſerere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquiſivit te facies mea: * faciem tuam, Domine, requiram.

Ne avertas faciem tuam à me: * & ne declines in ira à ſervo tuo.

Adjutor meus eſto, ne derelinquas me: * neque deſpicias me, Deus ſalutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: * Dominus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Domine, in via tua: * & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.

Nè tradideris me in animas tribulantium me: * quo-

niam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona Domini : * in terra viventium.

Expecta Dominum, viriliter age : * & confortetur cor meum, & ſuſtine Dominum.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Credo videre bona Domini ; * in terra viventium.

℣. Collocet eos Dominus cum principibus.

℟. Cùm Principibus populi ſui.

Pater noſter, *tout bas.* *Leçon* 3. *Job* 13.

RESponde mihi quantas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta oſtende mihi. Cur faciem tuam abſcondis, & arbitraris me inimicum tuum ? Contra folium quod vento rapitur, oſtendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccam perſequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſervaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedum meorum conſideraſti. Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod comeditur à tinea.

℟ 4. Memento mei, Deus, quia ventus eſt vita mea. Nec aſpiciat me viſus hominis.

℣. De profundis clamavi ad te, Domine, Domine, exaudi vocem meam. Nec aſpiciat me viſus hominis.

*Leçon* 5. *Job* 14.

HOmo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & unquam in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper hujuſmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in judicium. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine ? Nonnè tu qui ſolus es ? Breves dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud te eſt. conſtituiſti terminos ejus, qui præteriri non poterunt. Recede ergo paululùm ab eo, ut quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarii dies ejus.

℟. 5. Heu

℟. 5. Heu mihi ! Domine, quia peccavi nimis in vita mea, quid faciam miſer ? Ubi fugiam, niſi ad te, Deus meus ? Miſerere mei, dum veneris in noviſſimo die.

℣. Anima mea turbata eſt valdè ; ſed tu, Domine ; ſuccurre ei. Miſerere mei, dum veneris in noviſſimo die. *Leçon 6 Job* 14.

QUis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtitues mihi tempus in quo recorderis mei ? Putaſne mortuus homo rurſum vivat ? Cunctis diebus quibus nunc militò, expecto donec veniat immolatio mea. Vocabis, & ego reſpondebo tibi : operi manuum tuarum porrige dexteram. Tu quidem greſſus meos dinumeraſti ſed parce peccatis meis.

℟. 6. Nè recorderis peccata mea, Domine, dum veneris judicare ſæculum per ignem

℣. Dirige, Domine Deus meus, in conſpectu tuo viam meam. *Dum veneris judicare ſæculum per ignem.*

℣. *Requiem æternam* dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. Dum veneris judicare, &c.

## *AU TROISIEME NOCTURNE.*

*Ant.* Complaceat tibi *Pſeaume* 39.

EXpectans expectavi Dominum : * & intendit mihi.

Et exaudivit preces meas : * & eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fœcis.

Et ſtatuit ſuper petram pedes meos : * & direxit greſſus meos.

Et immiſit in os meum canticum novum : * carmen Deo noſtro.

Videbunt multi, & timebunt : * & ſperabunt in Domino.

Beatus vir cujus eſt nomen Domini ſpes ejus : * & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

Multa feciſti tu, Domine Deus meus, mirabilia tua :* & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiavi & locutus ſum : * multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium & oblationem noluiſti : * aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti : * tunc dixi : ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me, ut facerem voluntatem tuam : * Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Annuntiavi juſtitiam tuam in Eccleſia magna : * ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu ſciſti.

Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo : * veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam : * à concilio multo.

Tu autem, Domine, ne longè facias miſerationes tuas à me : * miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus : * comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei : * & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi, Domine, ut eruas me : * Domine, ad adjuvandum me reſpice.

Confundantur & revereantur ſimul qui quærunt animam meam : * ut auferant eam.

Convertantur retrorſum, & revereantur : * qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſionem ſuam : * qui dicunt mihi, euge, euge.

Exultent & lætentur ſuper te omnes quærentes te : * & dicant ſemper, magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego autem mendicus ſum & pauper : * Dominus ſollicitus eſt mei.

Adjutor meus & protector meus tu es : * Deus meus, ne tardaveris.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Complaceat tibi, Domine, ut eripias me : Domine, ad adjuvandum me reſpice.

*Ant.* Sana, Domine. *Pſeaume* 40.

BEatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem : * in die mala liberavit eum Dominus.

Dominus conſervet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra : * & non tradat eum in animam inimicorum ejus.

Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus : * univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.

Ego dixi, Domine, miſerere mei : * ſana animam meam, quia peccavi tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi : * quando morietur & peribit nomen ejus.

Et ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur : * cor ejus congregavit iniquitatem ſibi.

Egrediebatur foras : * & loquebatur in idipſum.

Adverſum me ſuſurrabant omnes inimici mei : * adverſum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum conſtituerunt adverſum me : * nunquid qui dormit, non adjiciet ut reſurgat ?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperavi, qui edebat *panes meos : * magnificavit ſuper me ſupplantationem.*

*Tu autem, Domine, miſerere mei, & reſſuſcita me : * & retribuam eis.*

In hoc cognovi quoniam voluiſti me : * quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.

Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti : * & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo, & uſque in ſæculum. * fiat, fiat.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Sana, Domine, animam meam; quia peccavi tibi.

*Ant.* Sitivit anima mea. *Pſeaume* 41.

QUemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum : * ita deſiderat anima mea ad te, Deus.

Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum : * quando veniam & apparebo ante faciem Dei ?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte : * dum dicitur mihi quotidiè, ut eſt Deus tuus ?

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam.* quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei.

In voce exultationis & confeſſionis : * ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea : * & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * ſalutare vultûs mei & Deus meus.

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt : * propteà memor ero tui de terra Jordanis & Hermonium à monte modico.

Abyſſus abyſſum invocat : * in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua : * & fluctus tui ſuper me tranſierunt

In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam : * & nocte canticum ejus.

Apud me oratio Deo vitæ meæ : * dicam Deo ; Suſceptor meus es.

Quare oblitus es mei, & quare contriſtatus incedo : * dum affligit me inimicus ?

Dum confringuntur oſſa mea, exprobraverunt mihi : * qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per ſingulos dies ; Ubi eſt Deus tuus ? * quare triſtis es, anima mea, & quare conturbas me ?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi : * ſalutare vultûs mei, & Deus meus.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum ; quando veniam, & apparebo ante faciem Domini.

℣. Nè tradas beſtiis animas confitentes tibi.

℟. Et animas pauperum tuorum nè obliviſcaris in finem.

Pater noſter, &c. *tout bas*,

*Leçon 7. Job 17.*

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breviabuntur, & ſolùm mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, Domine, & pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt tenebras ſpero lucem: Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, & in tenebris ſtravi lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es, mater mea & ſoror mea vermibus. Ubi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſiderat.

℟. 7. Peccantem me quotidiè, & non me pœnitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla eſt redemptio, miſerere mei, Deus, & ſalva me.

℣. Deus, in nomine tuo ſalvum me fac, & in virtute tua libera me. Quia in inferno, nulla eſt redemptio, miſerere mei, *Deus*, & ſalva me.

*Leçon 8. Job 19.*

PElli meæ, conſumptis carnibus, adhæſit os meum; & derelicta ſunt tantummodò labia mea circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltem vos, amici mei, quia manus Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat, ut ſcribantur ſermones mei? Quis mihi det ut exarentur in libro ſtilo ferreo, & plumbi lamina, vel celte ſculpantur in ſilice? Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrecturus ſum; & rurſum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. 8. Domine, ſecundùm actum meum noli me judicare: nihil dignum in conſpectu tuo egi: ideo deprecor Majeſtatem tuam, ut tu, Deus deleas iniquitatem meam.

℣. Ampliùs lava me, Domine, ab injuſtitia mea: & à delicto meo munda me. Ut tu, Deus, deleas iniquitatem meam.

*Leçon 9 Job 10.*

QUare de vulva eduxiſti me ? Qui utinam conſumptus eſſem, nè oculus me videret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de utero tranſlatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur brevi ? Dimitte ergo me, ut plangam paululùm dolorem meum, ante quàm vadam, & non revertas ad terram tenebroſam & opertam mortis caligine, terram miſeriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.

℞. 9. Libera me, Domine, de viis inferni, qui portas æreas confregiſti, & viſitaſti infernum, & dediſti eis lumen ut viderent te. Qui erant in pœnis tenebrarum.

℣. Clamantes & dicentes : Adveniſti, Redemptor noſter. Qui erant in pœnis tenebrarum.

℣. Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpetua luceat eis. Qui erant in pœnis tenebrarum.

*On ne dit le Répons ſuivant, qu'au jour de la Commémoraiſon de tous les Morts, & toutes les fois que l'Office des Morts eſt à trois Nocturnes.*

℞. Libera me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda : Quando cœli movendi ſunt & terra. Dum veneris judicare ſæculum per ignem.

℞. Tremens factus ſum ego, & timeo, dum diſcuſſio venerit, atque ventura ira. Quando cœli movendi ſunt & terra.

℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis & miſeriæ · dies magna & amara valde. Dum veneris judicare ſæculum per ignem.

℣. Requiem æternam dona eis, Domine, & lux perpetua luceat eis. Libera me, Domine, de morte æterna, in die illa tremenda. Quando cœli movendi ſunt & terra. Dum veneris judicare ſæculum per ignem.

## *A LAUDES.*

*On commence abſolument comme il ſuit.*

*Ant.* Exultabunt. *Pſeaume 50.*

Miſereré mei Deus : ſecundùm, &c. *page 4.*

*Ant.* Exultabunt Domino oſſa humiliata.

*Ant.* Exaudi *Pſeaume 64.*

TE decet hymnus, Deus, in Sion:: & tibi reddetur votum in Jeruſalem.

Exaudi orationem meam:: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos.: & impietatibus noſtris tu propitiaberis

Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti:: inhabitabit in atriis tuis.

Replebimur in bonis domûs tuæ:: ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate

Exaudi nos, Deus, ſalutaris noſter:: ſuper omnium finium terræ, & in maris longè

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentiâ:: qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum ejus.

Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis:: exitus matutini & veſpere delectabis.

Viſitaſti terram, & inebriaſti eam:: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum:: quoniam ita eſt præparatio ejus.

Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus:. in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:: & campi tui replebuntur ubertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti:: & exultatione colles accingentur.

Induti ſunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento:: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* Exaudi, Domine, orationem meam: ad te omnis caro veniet.

*Ant.* Me ſuſcepit. *Pſeaume 62.*

Deus, Deus meus: ad te de luce vigilo. *page* 90.

*Pſeaume 66.*

Deus miſereatur noſtri, &c. *idem.*

*Ant.* Me ſuſcepit dextera tua, Domine.

*Ant.* A porta inferi.

*Cantique d'Ezechias.* Iſaiæ 38.

EGo dixi, in dimidio dierum meorum : : Vadam ad portas inferi.

Quæſivi reſiduum annorum meorum : : dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aſpiciam hominem ultrà . . & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt, & convoluta eſt à me ; : quaſi tabernaculum paſtorum.

Præciſa eſt velut à texente vita mea, dum adhuc ordires, ſuccidit me ; . de manè uſque ad veſperam finies me.

Sperabam uſque ad manè ; : quaſi leo ſic contrivit omnia oſſa mea.

De manè uſque ad veſperam finies me : · ſicut pullus hirundinis, ſic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati ſunt oculi mei : · ſuſcipientes in excelſum.

Domine, vim patior, reſponde pro me. quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cum ipſe fecerit ?

Recogitabo tibi omnes annos meos : · in amaritudine animæ meæ.

Domine, ſi ſic vivitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & vivificabis me : : ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Tu autem eruiſti animam meam, ut non periret : : projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te · : non expectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam ?

Vivens ; vivens ipſe confitebitur tibi ſicut & ego hodiè : · pater filiis notam faciet veritatem tuam.

Domine, ſalvum me fac : & pſalmos noſtros, cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

Requiem æternam, &c.

*Ant.* A porta inferi, erue, Domine, animas eorum.

*Ant.* Omnis ſpiritus.

*Pſeaume* 148.

Laudate Dominum de cœlis, &c. *page* 92.

*Pſeaume 149.*

Cantate Domino canticum novum, &c. *page 93.*

*Pſeaume 150.*

Laudate Dominum in ſanctis ejus, &c. *idem.*

*Ant.* Omnis ſpiritus laudet Dominum.

℣. Audivi vocem de cœlo dicentem mihi.

℟. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

*A Benedictus, Ant.* Ego ſum.

*Cantique de Zacharie.*

Benedictus Dominus Deus Iſrael, &c. *page 94.*

*Ant.* Ego ſum reſurrectio & vita. qui credit in me, etiamſi mortuus fuerit, vivet, & omnis qui vivit & credit in me, non morietur in æternum.

*Enſuite,* Pater noſter, &c. *tout bas; après quoi on dit le Pſeaume 129.*

De profundis clamavi ad te Domine, &c. *pag. 184.*

*Après lequel Pſeaume on dira les Prieres & Oraiſons qui ſont à la fin de Vêpres des Morts, qui commencent par le ℣.* A porta inferi. ℟. Erue Domine, &c. *p. 186.*

*Au jour de la Sépulture ou de l'Anniverſaire, on ne dit point à Vêpres le Pſeaume 145.* Lauda anima mea Dominum, *ni à Laudes le Pſeaume 129.* De profundis.

*En allant à la Sépulture d'un Confrere, ou au retour, les Confreres, revêtus de leur Sac, ſi c'eſt le ſoir, réciteront dans la Chapelle les Vêpres des Morts, pour le repos de l'Ame du Confrere défunt.*

*Mais ſi c'eſt le matin, le Dimanche, le Lundi, ou le Jeudi, ils diront le premier Nocturne. Le ſecond Nocturne ſera pour le Mardi & le Vendredi, mais le Mercredi & le Samedi, ils réciteront le troiſieme Nocturne: lorſqu'on n'en dira qu'un, on y ajoutera toujours Laudes.*

*Lorſque la Compagnie ſort pour aſſiſter à la Sépulture de quelque Confrere défunt, en y allant, elle pſalmodie le Pſeaume* Miſerere mei Deus, &c. *étant arrivée à la Maiſon du défunt, elle ſe met à genoux pendant qu'on chante le* De profundis; *& lorſque le Chapelain a fait l'Abſoute, la Compagnie ſort de la Maiſon, & ſe range en Proceſſion; après que M. l'Archiprêtre, ou quel-*

*qu'autre à ſa place fait l'Abſoute, la Compagnie chante auprès du Caveau, le* De profundis *: & lorſque le Chapelain a fait l'Abſoute, la Compagnie ſe retire, en pſalmodiant le* Miſerere mei, *ou le* De profundis. *La Compagnie arrivée à la Chapelle, le Chapelain fait l'Abſoute.*

*Les Confreres qui n'auront pas pu aſſiſter à la Sépulture du défunt, ne manqueront pas de réciter en leur particulier. Vêpres des Morts, ou Matines, avec Laudes, pour le repos de l'Ame du défunt. C'eſt le dernier ſecours que les Confreres ſe doivent mutuellement.*

*Le jour que la Compagnie fait dire une Meſſe pour le repos de l'Ame du Confrere défunt, il convient qu'avant elle récite l'Office des Morts, conformément au jour, pour le même défunt ; & que ceux qui ne peuvent pas y aſſiſter, aient au moins le ſoin de le dire en leur particulier.*

*Il convient qu'au jour de l'Anniverſaire d'un Confrere défunt, les autres Confreres ſe rendent à la Chapelle pour y réciter l'Office des Morts, afin de lui procurer quelque ſecours par leurs prieres.*

*Il convient encore, que dans l'Octave de la Commémoraiſon des Morts, on prenne un jour, afin d'y faire célébrer une Meſſe pour le ſoulagement des Ames de tous les Confreres morts avant laquelle on récitera l'Office des Morts, à trois Nocturnes, & Double.*

*Les Vêpres, & l'Office des Morts, au jour de la Sépulture, & de l'Anniverſaire, ſeront doubles ; ce qui ne ſera pas aux autres jours*

*Si le défunt pour lequel on prie, eſt un Prêtre, on dira l'Oraiſon ſuivante.*

℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animam ejus,

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

OREMUS.

DEus, qui inter Apoſtolicos Sacerdotes, Famulum tuum, N. fratrem noſtrum, Pontificali (*ou* Sacerdotali) feciſti dignitate vigere : præſta, quæſumus,

ut eorum quoque perpetuò aggregetur conſortio. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requiem æternam dona eis, Domine.

℟. Et lux perpetua luceat eis.

℣. Requieſcat in pace. ℟ Amen.

*Pour le jour de la Sépulture, ou de l'Anniverſaire d'un Laïque, ce ſera l'Oraiſon ſuivante.*

DEus, veniæ largitor, & humanæ ſalutis amator, quæſumus clementiam tuam; ut noſtræ Congregationis Fratrem (*ou* Sororem) qui (*ou* quæ) ex hoc ſæculo tranſiit, Beata Maria ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

*En tout autre jour que de la Sépulture, ou de l'Enterrement, on dira pour un défunt l'Oraiſon ſuivante.*

INclina, Domine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericordiam tuam ſupplices deprecamur: ut animam famuli tui N. Fratris noſtri, quam de hoc ſæculo migrare juſſiſti, in pacis ac lucis regione conſtituas, & Sanctorum tuorum jubeas eſſe conſortem. Per Dominum.

*Pour une défunte, on dira l'Oraiſon ſuivante.*

QUæſumus, Domine, pro tua pietate miſerere animæ famulæ tuæ N. Sororis noſtræ, & à contagiis mortalitatis exutam, in æternæ ſalvationis partem reſtitue. Per Dominum.

FIN.

# ABRÉGÉ

*DES Statuts de la dévote Confrairie, érigée ſous l'Invocation du Sacré Nom de Jéſus, en la Ville de Grenade.*

L'Etabliſſement de toutes les Confrairies n'ayant en vue que la ſanctification des Ames, & l'édification du Peuple, & même la perfection Chrétienne, en ajoutant aux Préceptes du Décalogue la pratique des conſeils Evangeliques, on peut dire avec raiſon, que c'eſt principalement la Confrairie des Pénitens du Sacré Nom de Jéſus, qui eſt appellée *Archiconfratrie* par excellence, tant à cauſe de ſon éminente Invocation, que parce que Jéſus, dans la qualité ſpéciale de Redempteur du Monde, lui eſt propoſé comme le modele le plus parfait de la Pénitence la plus auſtere & la plus ſainte. Ainſi les Statuts d'une ſi célebre & ſi illuſtre Confrairie, ne ſont, à proprement parler, qu'un tiſſu, & qu'un détail de la vie pénible de Jéſus, par une véritable imitation de ſes peines & de ſes ſouffrances, & une dévotion ſincere envers ſon Sacré Nom. C'eſt pourquoi il eſt ordonné à tous les Confreres, par les Statuts:

Premierement, de jeûner la veille de la Circonciſion.

Secondement, d'être aſſidus à tous les Exercices qui ſe font à la Chapelle.

Troiſiemement, de dire chaque jour cinq fois le *Pater* & l'*Ave*, à l'honneur des cinq Plaies de Notre-Seigneur Jéſus-Chriſt, que la Chapelle a pris pour ſes Armes, afin que les Confreres les aient toujours ſous leurs yeux.

Quatriemement, de ſe confeſſer tous les premiers Dimanches du mois, dans la Chapelle, ou, ailleurs, & communier dans ladite Chapelle, tant pour l'édification, que pour y gagner l'Indulgence.

Cinquiemement, d'aſſiſter aux Proceſſions avec la modeſtie requiſe, ſans ſe dévoiler ni quitter le rang.

Sixiemement, d'aſſiſter aux Sépultures des Confreres, & gagner pareillement l'Indulgence.

Septiemement, d'être aſſidus tous les matins des jours marqués, à la récitation de l'Office du Saint Nom de Jéſus, qui ſe chante dans la Chapelle.

Huitiemement, de viſiter tous les Confreres malades, viſiter même les Pauvres dans les Hôpitaux, & les Priſonniers dans les Priſons, & de faire d'autres bonnes œuvres de miſéricorde, en quoi il y a Indulgence à gagner.

Neuviemement, & en dernier lieu, il eſt étroitement recommandé aux Confreres d'être fort ſoumis aux Officiers de la Chapelle, & leur obéir, ſur-tout en ce qui concerne les Statuts, de renoncer chacun à ſa volonté, & de n'en avoir enfin d'autre que celle de la Confrairie, & de ſes Officiers, à l'Exemple de Jéſus, qu'ils doivent toujours regarder, en qualité de Confreres de ſon Sacré Nom, comme leur Patron & leur modele, & le ſuivre par conſéquent par toutes ſes voies, même les plus étroites, autant qu'ils le pourront, puiſque la premiere vertu qu'il a pratiquée le plus, après l'humilité, a été celle de l'obéiſſance, car depuis l'âge convenable à la raiſon, juſques a ſa trentieme année, il a demeuré auprès de ſes Parens dans une parfaite ſoumiſſion, *& erat ſubditus illis*, ce qui doit faire connoître aux Confreres que l'obéiſſance eſt aux yeux du Seigneur plus agréable que les Sacrifice, *melior eſt obedientia quam victima.* C'eſt auſſi cette même vertu qui l'a accompagné juſques à la mort ignominieuſe de la Croix, au rapport de l'Apôtre, *factus obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis.*

De ſorte que ce n'eſt que par la fidélité à la ſoumiſſion, & à l'obéiſſance aux Officiers de ladite Chapelle, que l'union des Confreres ſubſiſtera, & ſe ſoutiendra, au moyen de quoi le Nom de Jéſus y ſera glorifié, chaque Confrere croîtra en vertu & en ſageſſe, & le public en ſera édifié.

# SOMMAIRE

*DES Indulgences de la Compagnie des Pénitens Blancs de Toulouſe, & des autres aggrégées, accordées aux Confreres de l'un & de l'autre Sexe, par les Papes Gregoire XIII, Urbain VII, & Paul V, Parrain du Roi Louis XIII, en 1606, par l'entremiſe du Cardinal de Joyeuſe, Archevêque de Toulouſe, lequel accorda auſſi auſdits Confreres pluſieurs Indulgences, & illuſtra leur Regiſtre de ſon nom, après avoir célébré la Meſſe dans leur Chapelle, le 6 de l'an 1596.*

1. A Leur Reception dans la Confrairie, s'ils ſe ſont confeſſés, & ont communié, Indulgence Pleniere.

2. A l'Article de la mort, en invoquant le Sacré Nom de Jéſus de cœur, s'ils ne le peuvent de bouche, Indulgence Pleniere, & remiſſion de tous leurs péchés.

3. En viſitant la Chapelle de la Confrairie le premier jour de l'année, après s'être confeſſé, & avoir communié, priant Dieu pour l'Extirpation des Héreſies, & pour la Converſion des Hérétiques, pour l'Exaltation de la Sainte Egliſe notre Mere, pour la Paix & Concorde entre les Princes Chrétiens, & pour le Salut & Proſpérité du Saint Siege, Indulgence Pleniere à perpétuité.

4. Et viſitant auſſi ladite Chapelle, après s'être confeſſé, & avoir communié, le jour ou le lendemain de la Fête-Dieu, que la Confrairie fait la Proceſſion ſolemnelle du Saint Sacrement, les jours des Fêtes de l'Aſſomption & de la Nativité de la Sainte Vierge; en faiſant les ſuſdites Prieres, ſept années, & ſept quarantaines d'Indulgence.

5. En aſſiſtant aux divins Offices qu'on chante les Dimanches & Fêtes marquées au matin dans la Chapelle: comme auſſi aux Aſſemblées, tant générales, que particulieres, pour quelque œuvre pie, ainſi qu'aux Proceſſions ordinaires & extraordinaires, ou à l'Enter-

rement de quelque Confrere ; ou qui auront reconcilié deux ennemis ; ou qui accompagneront le S. Sacrement qu'on porte aux malades, ou qui ne pouvant le faire autrement, entendant la cloche, réciteront à genoux un *Pater* & un *Ave* pour la ſanté ſpirituelle & corporelle des malades ; ou qui auront logé les Pélerins, ou qui auront récité dévotement cinq fois le *Pater* & l'*Ave* pour les Ames de leurs Confreres défunts, ou qui auront ramené quelqu'un dans la voie du Salut ; ou qui auront enſeigné aux ignorans le *Pater*, le Symbole des Apôtres, & les Commandemens de Dieu, ſoixante jours d'Indulgence à perpétuité ; & ce toutes les fois que les Confreres, ſous l'Invocation du Sacré Nom de Jéſus, pratiqueront quelqu'une deſdites œuvres de piété, comme le porte la Bulle donnée à Rome, à Sainte Marie majeure, l'an 1615, & le 11 du Pontificat du ſuſdit Pape Paul V.

FIN.

# TABLE.

LES formalités à obſerver avant la Reception, Page 3
*Les Prieres pour la Reception*, 4

## DES BENEDICTIONS.

*Pour la veille de la Circonciſion*, 11
*Pour le jour de la Circonciſion, au matin*, 13
*Pour le jour de la Circonciſion, au ſoir*, 14
*Pour le deux de Janvier*, 15
*Pour le trois de Janvier*, 17
*Pour le quatrieme jour de Janvier*, 18
*Pour le cinquieme jour de Janvier*, 19
*Pour le jour des Rois*, 20
*Pour le ſeptieme jour de Janvier*, 21
*Pour le dernier jour de l'Octave*, 22
*Pour la Fête du Très-Saint Nom de Jéſus*; idem.
*Pour le Mardi-Gras*, 23
*Pour le premier Mardi de Carême*, 24
*Pour le ſecond Mardi de Carême*, 25
*Pour le troiſieme Mardi de Carême*, 26
*Pour le quatrieme Mardi de Carême*, 28
*Pour le cinquieme Mardi de Carême*, 29
*Pour le Mardi de la Semaine Sainte*, 30
*Pour le jour de l'Aſcenſion*, 32
*Pour le Vendredi dans l'Octave du S. Sacrement*, idem.
*Pour le jour de la Nativité de Marie*. 33

## DE PROCESSIONS.

*Pour le jour de la Circonciſion*, idem.
*Pour le jour du Mardi-Gras*, 44
*Pour le Jeudi-Saint, au ſoir*, 52
*Pour un des jours de l'Octave de l'Invention de la Sainte Croix*, 55
*Pour le Vendredi dans l'Octave du S. Sacrement*, 57
*Pour la Proceſſion qu'on fait au Dimanche dans l'Octave de l'Aſſomption de Marie*, 64

DE

# TABLE DE L'OFFICE.


*Prieres avant l'Office*, 69

*L'Office du Nom de Jéſus, à Matines*. 72

*L'Office du Saint Nom de Jéſus, à Laudes*, 89

*Complies*, 102

*L'Office pour le jour de la Circonciſion, à Matines*, 108

*Et à Vêpres*, 109

*Comment il faut réciter l'Office du S. Nom de Jéſus, à Matines & à Laudes, pendant l'Octave de la Circonciſion*, 114

*Pour le Dimanche dans l'Octave de la Circonciſion, à Matines & à Laudes*, 115

*Pour l'Octave de S. Etienne, à Matines & à Laudes*, 1.6

*Pour l'Octave de S. Jean, à Matines & à Laudes*, 119

*Pour l'Octave des Saints Innocens, à Matines & à Laudes*, 124

*Aux ſecondes Vêpres*, 125

*Pour la Vigile de l'Epiphanie, à Matines & Laudes*, 127

*Aux premieres Vêpres de l'Epiphanie*, 128

*Pour le jour des Rois, à Matines & Laudes*, 130

*Aux ſecondes Vêpres*, 131

*Pour le lendemain des Rois, à Matines & Laudes*. 133

*Pour le lendemain des Rois, lorſqu'il eſt le Dimanche*, idem.

*Aux ſecondes Vêpres*, 135

*Pour le jour de l'Octave, à Matines & Laudes*, idem.

*Pour le jour de l'Octave, lorſqu'il eſt le Dimanche*, 136

*Pour la Fête du Saint Nom de Jéſus, à Matines & Laudes*, idem.

*Pour le Mardi-Gras, à Matines & Laudes*, 139

*Pour le premier Mardi de Carême, à Matines & Laudes*, idem.

*Pour le ſecond Mardi de Carême*, 140

*Pour le troiſieme Mardi de Carême*, 141

*Pour le quatrieme Mardi de Carême*, 142

*Pour le cinquieme Mardi de Carême*, 143

*Pour le jour de Pâques*, 144

*Pour le jour de l'Aſcenſion,* 145
*Aux ſecondes Vêpres,* 146
*Pour le jour de la Pentecôte,* 148
*Pour le Vendredi dans l'Octave du S. Sacrement,* 149
*Pour le premier Dimanche de Février, de Mars & d'Avril,* 150
*Pour le premier Dimanche de Mai, Juin, Juillet & d'Août,* 151
*Pour le jour de l'Aſſomption,* idem.
*Pour le Dimanche dans l'Octave de l'Aſſomption,* 152
*Pour le premier Dimanche de Septembre,* idem.
*Pour la Fête de la Nativité de Marie,* 153
*Aux ſecondes Vêpres,* 154
*Pour le premier Dimanche d'Octobre,* 155
*Pour la Fête de tous les Saints,* 156
*Pour le premier Dimanche de Novembre,* 157
*Pour le premier Dimanche de Décembre, lorſqu'il eſt le premier Dimanche de l'Avent,* 158
*Pour le premier Dimanche de Décembre, lorſqu'il eſt le ſecond Dimanche de l'Avent,* 159
*Pour le jour de Noel,* 160
*Ce qu'il convient à un Confrere de faire, lorſqu'il n'a pu aſſiſter à l'Office,* 161
*Ce qu'il convient à la Confrairie de faire à l'égard d'un Confrere en danger de mort,* idem.
*L'Office des Morts, à Vêpres,* 162
*L'Office dee Morts, à Matines,* 168
*Ce que la Confrairie doit à un Confrere décédé ; auſſi-bien que chaque Confrere qui n'a pas pu ſe rendre à la Chapelle, joindre ſes prieres à celles du corps, pour le repos de l'ame du défunt,* 185
*Quelles Prieres doit dire la Compagnie, en allant ou au retour de la Sépulture,* idem.

Fin de la Table.

## *A VOUS MM. LES VICAIRES GENERAUX de l'Archevêché de Toulouſe, le Siege Vacant.*

SUpplie humblement le Syndic de l'Archiconfrairie de MM. les Pénitens Blancs, érigée a Grenade, ſous l'Invocation du Très-Saint Nom de Jéſus : Diſant, que s'étant apperçu que le nombre des Confreres avoit de beaucoup diminué aux Exercices de Piété qui ſe pratiquent dans leur Chapelle; la raiſon étant ſur ce que l'uſage a détruit tous les Exemplaires des Heures de notre Compagnie. Pour remédier à ces abus, & pour renouveller la ferveur & le zele de nos Confreres, la Compagnie pria M^e. Jean Lataſte, Prêtre, & notre Confrere, de ſe donner les ſoins de faire un nouveau Livre. Son zele pour la Religion, & pour remettre le bon ordre dans un Corps auquel il donne tous les jours de nouvelles preuves de ſon affection, lui a fait donner toutes attentions; mais comme cette Compagnie, petit membre du Troupeau, que la Divine Providence vous a confié, croiroit manquer à ce qu'elle vous doit, ſi elle ne vous dédioit un Livre, qui doit lui ſervir de regle dans la pratique de ſes Exercices. La demande du Suppliant n'a donc beſoin, Meſſieurs, d'autre appui que de ſon objet. De quel poids ne ſera-t elle pas, quand elle ſera par vous ſcellée de vos mains? A CES CAUSES, PLAIRA, MESSIEURS, DE VOS GRACES, approuver un Livre, qui ne peut qu'être très-utile pour la Compagnie. Daignés, Meſſieurs, nous permettre d'adreſſer nos vœux pour la conſervation de vos perſonnes, afin que le Seigneur daigne prolonger des jours ſi utiles au ſalut des Peuples: & ferez bien. BELAN, Syndic.

## APPROBATION.

NOUS Souſſignés, certifions avoir lû, examiné & approuvé, un Cahier manuſcrit, intitulé : *Heures, à l'Uſage de la Dévote Confrairie de Meſſieurs les Pénitens Blancs de la Ville de Grenade, ſous l'Invocation du Trés-Saint Nom de Jéſus*, dans lequel nous n'avons rien remarqué qui doive en empêcher l'impreſſion ; n'étant autre choſe qu'un Extrait des Offices & prieres de l'Egliſe, les plus touchantes, & les plus propres à entretenir l'eſprit de zele & de ferveur, qui doit accompagner les Exercices ſpirituels de Meſſieurs de ladite Confrairie. Tel eſt le Jugement que nous portons de ce Recueil, perſuadés que ceux qui le liront avec attention, y trouveront dequoi édifier leur piété, & ſe ſoutenir dans la pratique des bonnes œuvres. DONNÉ à Toulouſe, le premier du mois d'Août 1758. DE CATELLAN, Chantre, Vic. Gen.

Caussat Pierre
Boulanger à grenade

M. DCC. LXI.